Constitutiones Karoli magni et
Ludwici filii eius · Lotarij fily
ludwici imperatorum :: 17

Ex Bibliotecha
ILLVSTRIS AC GENEROSI
DOMINI DNI.
FERDINANDI HOFFMAN.
LIBERI BARONIS IN GRVNPV-
HEL ET STRECAV, DNI. IN GRE-
VENSTAIN ET IANOWITZ,
SVPREMI HÆREDITARII CVRIÆ
MAGISTRI DVCATVS STYRIÆ,
ET
SVPREMI MARSALCI ARCHIDVCATVS
AVSTRIÆ,
SACRATISS:mæ CÆS:æ ET REGIÆ
MAIESTATIS CONSILIARII
ET
CAMERÆ AVLICÆ PRÆ-
FECTI. etc.



M. Göndolach f. L. Kilian A.

vom Spiegel d. Vorderdeckels losgelöst

Diese Ansegisus

gestiftet der Preuss. Staatsbibliothek

als Zeichen seines Dankes für die ihm

und den Monumenta Germaniae gewährte

grossartige Hospitalität

Paul Fridolin Kehr

Berlin 14 Juni 1934

Ihu redemptor scti uerbū patris altissimi lux
lucis inuisibilis custos tuorꝫ pugil.
Tu fabricator omniū discretor atq; temporū

Crux ihu xpe dō aperuit nobis ianuas celi
Crux soluit uincula mortis p hoc signum lignum
uite sit salus mā defende nos ihu xpe hic et
in futuro. a t u a



LEGILO QUUM QUIS.

QUIS·LIBRUM·RE

CITAVERIS·ISTUM·

PRINCIPIBUS·NR̄IS·

DIC·MISERERE·D̄S·

LEGEM·NAMQUE·BO

NAM·DICTARUN̄

MENTE·BENIGNA·

QUA·PROPTER

PROIPSIS·QUESO

PRECARE·D̄M·

INCIPIT PRAEFATIO

DOMINANTI PER SAECULA INFI
nita omniū dominatore xpo salvatore nro · crea
tore universe creaturae · Anno incarnationis ip
sius · dccc xxvii · Inindictione · v ·

Anno uero xiii · imperii gloriosissimorum principum
dom hludouuici augusti xpiane religionis magni
ppagatoris · & chlotarii cesaris filii ipsius · Ansegi
sus nullis precedentibus meritis · sed gratia omnipoten
tis di abba pamore bone memorie domni karoli
magni imperatoris xpianorum · atq; precellentissimi
ac piissimi domni hludouuici augusti filii ipsius ·
sincera dilectione · nec non & preclari chlotarii cae
saris filii piissimi hludouuici imperatoris · haec
subter descripta adunaui capitula · Que procul
dubio quia ad sce aecclesie pfectū facta sunt · pu
tali firmiter tenenda sunt lege · Fuerant namq;
quondā tempore predicti magni domni karoli imper ·
nec non & nunc prefatorum principū hoc intepore
dom piissimi hludouuici augusti · & preclari chlota
rii cesaris iussu pliter ualla tēporū ad xpianā re
ligionē conseruandā · atq; ad concordiā pacis & di
lectionis in ecclesia catholica tenendā edita · sed
quia indiuersis sparsim scripta mēbranulis per di

uersorum spacia tēporū fuerant ne obliuioni trade
rentur. p dilectione nimia ut prefat sum predicto
rum gloriosissimoꝝ principū. & p amore scissimę
prolis eorū. sed & p scę ecclesię statu. placuit mihi
predicta inhoc libello adunare quę inuenire potui
capitula prędictorū principū iussu descripta. ut ad
scę ecclesię statum longeuius conseruandū tēporib;.
atq; ad meritū prefatorū principū gloriosius inui
ta perpetua augmentandū proficiant. amen.

Sed hoc notū sit lectori quia prędicta capitula quę
per inter ualla tēpoꝝ a prefatis sunt principibus aedi
ta inquattuor distinxi libellis. Illa scilicet quę
dom karolus imp fecit adordinē pertinentia
ecclesiasticū inprimo adunaui libello. Ea uero
ecclesiastica quę domnus ac piissimus hludouuicus
imp. & chlotarius cęsar filius ipsius aediderū. insecdo
descripsi. Illa aū quę dom karolus indiuersis fecit
temporib; admundanā pertinentia legē. intertio adu
naui. Ipsa uō quę dom hludouuicus pręcarus im
perator & chlotarius cęsar filius illius fecerū ad aug
mentū mundanę pertinentia legis. in quarto ē gessi.

EXPLICIT PREFATIO

INCIPIUNT CAPITULA.

PREFATIO DOMNI KARO
LI IMPERATORIS·

REGNANTE DNO NRO IHU XPO IN PERPETU
um· Ego karolus gra di eiusq; misericordia donan
te rex & rector regni francoru & deuotus scę ecl̄ę
defensor humilisq; adiutor· Omnib; ecclesiasticę pie
tatis ordinib;· seu sęcularis potentię dignitatibus·
In xpo dno do aeterno ppetuę pacis & beatitudinis salt·
Considerans pacifico pię mentis intuitu· una cu sacerdo
tib; & consiliariis nris abundante in nos nrmq; populu
xpi regis clementia· & qua necessarium e· non solu toto
corde· & ore eius pietati agere gratias incessanter·
Sed etiam continua bonoru operu exercitatione eius
insistere laudib;· quaten' qui in nro regno tantos contulit ho
nores· sua ptectione nos nrmq; regnu in aeternu conser
uare dignetur· Quappt placuit nob urm rogare sol
lertiam· O pastores ecclesiaru xpi & ductores gregis eius·
& clarissima mundi luminaria ut uigili cura & sedula ad
monitione populu di p pascua uitę aeternę ducere studea
tis· & errantes oues bonoru exemplo operu· seu adhorta
tione humeris intra ecclesiasticę firmitatis muros reportare
satagatis· Ne lupus insidians aliquę canonicas sanctiones trans
gredientę uel paternas traditiones uniuersaliu conciliorum
excedentę qd absit inueniens deuoret· Ideo magnę deuoti

onis studio admonendi & adhortandi sunt · immo conpel
lendi · ut firma fide & infatigabili p̄seuerantia intra pat̄
nas sanctiones se contineant · In quo operis studio sciat certis
sime sc̄itas ur̄a nr̄am uob̄ cooperari diligentiā · Quap̄p̄t
& nr̄os ad uos direximus missos · qui ex nr̄i nominis auctori
tate una uob̄ cū corrigerent quę corrigenda essent · sed
& aliqua capitula ex canonicis institutionib; quę magis
uobis necessaria uidebant̄ subiunximus · Ne aliquis quę
so huius pietatis admonitionē esse p̄sumptiosam iudicet ·
qua nos errata corrigere · superflua abscidere · recta co
artare studemus · sed magis beniuolo caritatis animo
suscipiat · Nam legimus in regnorū libris · quomodo
sc̄s iosias regnū sibi a dō datū circueundo · corrigendo ·
admonendo · ad cultū ueri dī studuit reuocare · Non
ut me eius sc̄itati ęquiperabilē faciam · sed qd̄ nob̄ sint
ubiq; sc̄orū semper exempla sequenda · Et quoscūq; po
terimus ad studium bonę uitę in laudē & in gloriam
dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i congregare necesse est · Quap̄p̄t ut
p̄diximus aliqua capitula notare iussimus · ut simul haec eadē
uos admonere studeatis · Et quęcūq; uob̄ alia necessaria eē sci
tis · ut & ista & illa aequali intentione p̄dicetis · Nec aliquid
qd̄ urę sc̄itati populoq; dī utile uidet̄ amittatis · ut pio studio
non admoneatis · quatenus & ur̄a sollertia · & subiectorū
obedientia aeterna felicitate ab omnipotenti dō remuneret̄ ·

EXPLICIT PRAEFATIO DOM KAROLI PRAECLARISSIMI INPERATOR·

INCIPIUNT CAPITULA SUPRASCRIPTA ET EORUM TEXTUS DE HIS QUI AB EPO PROPRIO EXCOMMUNICANTUR ·

I Sunt enim aliqui qui culpis exigentib; ab epo pprio excommunicant · & ab aliis ecclesiasticis uel laicis presumptiose in communione accipiunt · Quod omnino scm nichenu concilium simul & calcedonense · necnon & antiochenu · atq; sardicense fieri phibent ·

DE HIS QUI AD ORDINANDUM UENIUNT ·

II Ita eni habetur in eodem concilio · ut eos qui ad ordinandu ueniunt fides & uita prius ab epo diligent discutiatur · & postea ordinentur ·

DE CLERICIS FUGITIUIS ET PEREGRIN ·

III Item in eodem concilio nec non & in antiocheno · simul & in calchedonensi · ut fugitiui clerici · & peregrini a nullo recipiantur nec ordinentur sine commendatitiis litteris · & sine epi uel abbatis licentia ·

IIII DE PRBIS · DIACONIB; UEL HIS QUI IN CLEROS ·

Item in eadem synodo interdictu est prbris & diaconibus · uel omib; qui in cleros mulierē non habere in domo sua ppt suspitionē · nisi matrē · aut sororē uel eas tantum psonas quę suspitiones tantum effugiunt ·

V Item in eodem concilio seu in decre **DE USURIS** ·
tis pape leonis · necnon & in canonib; qui dicunt aposto
lorum · sicut & in lege ipse dns precepit · omnino omnib;
interdictum e ad usuram aliqd dare ·

DE PRBIS QUANDO MISSAM CELEBRANT ·

VI · Auditum e aliquos presbiteros missam celebrare · & non
communicare · quod omnino in canonib; apostolorū
interdictū esse legitur · uel quomodo dicere recte
potest si non comunicauerit sumpsimus dne sacramenta tua ·

DE HIS QUI A SYNODO UEL A SUO EPO DANATIS ·

VII · Haec uero per singula capita in statutis nicheni concilii
legere potestis · seu in aliis scorum patrū synodalibus edic
tis · in antiocheno concilio · quod his qui damnati sunt
a synodo uel a suo epo · & postea ministrare presumunt ·
precipitur · ut nullus audeat eis communicare · Si quis
uero communicat · simili sententiae subiaceat sic & damnatus ·

VIII · Item in eodem con **DE SUFFRAGANEIS EPISCOPIS** ·
cilio ut ad metropolitanū epm suffraganei respiciant ·
& nihil noui audeant facere in suis parrochiis sine con
scientia & consilio sui metropolitani · nec metropolitanus
sine eorū consilio · **DE CHOREPIS** ·

VIIII · Item in eodem concilio simul & in ancyronensi · ut chor
epi cognoscant modum suum · & nihil faciant absq; li
centia epi in cuius parrochia habitant ·

X DE EPIS UEL QUIBUSLIBET EX CLERO·
Item in eodē concilio ut eps̄ uel quilib& ex clero sine con
silio uel litteris episcoporū uel m&ropolitani non aud&at
regalem dignitatē pro suis causis clamare· sed in cōmuni
episcoporū concilio causa examinetur·

DE ORDINATIONIBUS UEL QUIBUSLIBET NEGOTIIS·

XI Item in eodem concilio simul & in sardicensi nec non & in de
cr&is innocentii papę ut nullus eps̄ in alterius parrochia
ordinationes aliquas audeat facere· uel negotia perage
re quę ad eum non pertinent· DE CURA EPORUM·

XII· Item in eodē concilio ut episcopus ēius ecclesię curam habe
at ad quam ordinatus est·

DE PROUINTIALIBUS EPISCOPIS·

XIII· Item in eodem concilio nec non & in calchedonensi· ut pro
uinciales epi cū suo m&ropolitano· bis in anno propter
causas ecclesię concilia celebrent·

DE MONACHIS ET CLERICIS·

XIIII· In concilio laudicensi nec non & in affricano pręcipitur·
ut monachi & clerici tabernas non ingrediantur eden
di uel bibendi causa· T EST·

DE DIE DOMINICA QUALITER SERUANDA

XV· Item in eodem concilio pręcipitur: ut a uespera usq; ad
uesperam dies dominica seru&ur·

DE IGNOTIS ANGELORUM NOMINIBUS

XVI Item in eodē concilio praecipitur . ut ignota angelorū
nomina . nec fingantur nec nominentur . nisi illorū quos
habemus in auctoritate . his michahel . gabrihel . rafahel .

DE MULIERIBUS SI AD ALTARE ACCEDANT

XVII . Item in concilio eodem . quod non oporteat mulieres ad
altare ingredi .

DE EPIS UBI NON OPORTEAT EOS CONSTITUI .

XVIII . Item in eodem concilio . nec non & in sardicensi . quod non
oporteat in uillulis uel in agris episcopos constituere .

DE LIBRIS CANONICIS .

XVIIII Item in eodem concilio ut canonici libri tantū legantur in eccłā .

DE EPIS ORDINANDIS ł QUIBUSLIBET EX CLERO .

XX . Item in concilio calchedonensi ut non oporteat epm aut
quemlib& ex clero p pecunias ordinari . qui utriq; de
ponendi sunt . & qui ordinat & qui ordinatur . nec non
& qui mediator est inter eos . Item de eadem rē in cano
nib; apostolorū . Si quis eps aut presbitr aut diaconus
per pecunias hanc obtinuerit dignitatē . deiciatur &
ipse & ordinator eius . & a communione abscidatur .

DE MALEFICIS UEL INCANTATORIBUS .

XXI . Item in eodem concilio ut cocleari malefici incantatores &
incantatrices fieri non sinantur . quos in simone mago
terribiliter damnauit .

DE MONACHIS . CLERICIS ET PRESBITERIS

XXII. Item in eodem concilio infra duo capitula nec non & in
decretis leonis papę. ut nec monachi. nec clerici. nec
presbiteri in sęcularia negotia transeant.

DE SERUIS ALTERIUS.

XXIII In eodem concilio pręcipitur. ut seruum alterius nul
lus sollicitet ad clericalem uel monachum ordinem
sine uoluntate & licentia domini sui.

DE STABILITATE EPISCOPORUM UEL CLERICORUM.

XXIIII Item in eodem concilio. nec non & in sardicensi. ut nec
episcopus. nec clerici transmigrent de ciuitate in ciuitatem.

DE PRESBITERIS NON ABSOLUTE ORDINANDIS.

XXV. Item in eadem synodo ut nullus absolute ordinetur. &
sine pronuntiatione stabilitatis loci ad quem ordinatur.

DE PROPOSITO MONACHORUM ET CLERICORUM.

XXVI Item in eodem concilio. ut clerici & monachi in suo pro
posito & uoto quod deo promiserunt permaneant.

DE MONACHIS QUI AD CLERICATUM PROUEHUNTUR.

XXVII Item in decretis innocentii papę de eadem re. ut monachus
si ad clericatum prouehatur. propositum monachicę professi
onis non amittat.

DE NEGOTIO CLERICORUM INTER SE.

XXVIII Item in eodem concilio. ut si clerici inter se negotium
aliquod habuerint. a suo episcopo diiudicentur. non a sęcularibus.

DE CONSPIRATIONE CLERICORUM UEL MONACHORUM.

XXVIIII Item ineodem concilio ut nec clerici nec monachi conspi
rationem uel insidias contra pastore suum faciant·

DE ACCUSATIONE LAICOR CONTRA EPISCP·

XXX Item ineode concilio· ut laici epos· aut clericos non accusent·
nisi prius eor discutiatur existimationis opinio·

DE MONASTERIIS DO DICATIS·

XXXI· Item ineodem· ut loca que semel dō dedicata sunt· ut
monasteria sint maneant perpetuo monasteria nec pos
sint ultra fieri secularia habitacula·

DE FIDE SCAE TRINITATIS PRAEDICANDA·

XXXII In concilio cartaginensi· Primo omnium necesse est ut fi
des scę trinitatis & incarnationis xpi· passionis· resurrec
tionis· & ascensionis in celos diligent omnib; pdicetur·

DE AUARITIA·

XXXIII· Item ineodem deprohibenda auaritia· ut nullus alienos
fines usurpet· uel terminos patrum transcendat·

DE HIS QUI SE CONUERTUNT AD DEUM·

XXXIIII· Item ineodem· dehis qui in periculo constituti sunt &
conuertunt se ad dm· ut canonice inquirantur dere
conciliatione· & canonice reconcilientur·

DE HIS QUI NON SUNT BONE CONUERSATIONIS·

XXXV Item ineodem· ut illi qui non sunt bone conuersationis·
& eorum uita ē accusabilis· non audeant epos uel ma
iores natu accusare·

DE HIS QUI EX COMMUNICATO COMMUNICAUER̄.

XXXVI Item in eodem. ut qui excommunicato presumptiose
communicauerit. excommunicetur et ipse.

DE SUBIECTIONE PRESBITERORUM.

XXXVII. Item in eodē concilio infra duo capitula. ut nullus
presbiter contra suum epm̄ superbire audeat.

DE CLERICIS ECCLESIASTICI ORDINIS.

XXXVIII. Item in eodem ut clerici ecclesiastici ordinis si culpā
incurrerīt. apud ecclesiasticos iudicentur. non
apud seculares. DE UIRGINIBUS DO DICATIS.

XXXVIIII In concilio affricano precipitur. ut uirgines dō con
secratę a grauioribus psonis diligenti custodia seruent̄.

DE PRINCIPALI CATHEDRA EPORUM.

XL Item in eodem ut non liceat epō principalem cathedram
suę parrochiae neglegere. et aliquam ecclesiam
in sua diocesi magis frequentare.

DE FALSIS NOMINIBUS SCORUM.

XLI Item in eodem ut falsa nomina martyrum et incertę
scorum memorię non uenerentur.

DE UXORE A UIRO DIMISSA.

XLII Item in eodē ut nec uxor a uiro dimissa alium accipiat
uirum uiuente uiro suo. nec uir aliam accipiat
uiuente uxore priore.

DE IUDICIBUS A METROPOLITANO PROBATIS.

xLIII · Item in eodem ut p(ro)bati a metropolitano iudices non spernant(ur) ·

DE ACCUSATIONE UILIUM PERSONARUM

xLIIII · Item in eodem · infra duo capitula · ut uiles p(er)sone non habeant potestatem accusandi · aut si in primo crimine uicti sunt falsum dicere · In secundo n(on) habeant potestatem dicendi ·

DE UIRGINIBUS UELANDIS ·

xLV Item in eodem virgines non uelentur ante XXV annos · nisi rationabili necessitate cogente ·

DE OBLATIS PAUPERUM

xLVI · In concilio gangrensi ut nulli liceat oblata que ad pauperes pertinent rapere vel fraudare ·

DE IEIUNIIS A SACERDOTIBUS CONSTITUTIS

xLVII · Item in eodem ut ecclesiastica a sacerdotibus ieiunia constituta sine necessitate rationabili non soluantur ·

DE HIS QUI CONTRA NATURAM PECCANT ·

xLVIII · In concilio ancyronensi · Inuenti sunt inter uos qui cum quadrupedib(us) uel masculis contra naturam peccant · dura & districta paenitentia coercendi · Quapropter ep(iscop)i & presbiteri a quibus iudicium paenitentie iniungitur conentur om(n)i(bus) modis hoc malum a consuetudine prohibere vel abscidere ·

DE PRESBITERIS QUO TEMPORE ORDINENT(UR) ·

xLVIIII · In concilio neocesariensi · ut nullatenus presbiter ordinetur ante XXX(mu) aetatis sue annu(m) · Quia d(omi)n(u)s ih(esu)s xp(istu)s

non predicauit ante xxx^{mu} annum · DE PACE DANDA

L · In decretalibus innocentii papę ut pax detur ab omnibus confectis xpi sacramentis · DE SPONSA ALTERIUS ·

LI · In decretalib; siricii papę · ut alterius sponsam nemo accipiat · DE NOMINIBUS RECITANDIS ·

LII Item eiusdem ut nomina publice non recitentur ante preces sacerdotales · UT IGNORANDUM

DE CANONUM INSTITUTIS AB EPISCOPIS NON

LIII Item eiusdem · ut nulli sacerdoti liceat ignorari scorũ canonum instituta · DE CLERICIS ALTERIUS EPISCOPI ·

LIIII In decretis leonis papę sanctum ē & in sardicensi concilio ut eps alterius clericum ad se ñ sollicitet nec ordinet ·

DE SERUIS ALTERIUS ·

LV · Item eiusdem ut nullus eps seruũ alterius ad clericatus officium sine domini sui uoluntate promouere pręsumat · & hoc gangrense concilium prohibet ·

DE SACERDOTIBUS CONTRA DECRETALIA AGENTIBUS ·

LVI Item eiusdem ut si quis sacerdotum contra constituta decretalia pręsumptiose agit · & corrigi nolens · ab officio suo submoueat ·

DE UIDUIS A QUIBUS NON UELENTUR ·

LVII In decretis gelasii papę ut nullus eps uiduas uelare p̄sumat ·

DE FIDE CATHOLICA ET PRIMO PRECEPTO LEGIS ·

LVIII · Primo omnium admonemus ut fides catholica ab epis &

presbiteris diligenter legatur omni populo predicetur q;
hoc primum preceptū dn̄i dī omnipotentis in lege.
Audi isrl̄ quia dn̄s ds̄ tuus ds̄ unus est. & ut ille diligat
ex toto corde & ex tota mente. & ex tota anima & ex tota uirtute.
DE PACE ET CONCORDIA SERUANDA.
LVIIII. Ut pax sit & concordia & unanimitas cum omni populo
xpiano. inter epos. abbates. comites. iudices. & om̄s
ubiq; seu maiores seu minores psonas. quia nihil dō sine
pace placet. nec munus scē oblationis ad altare. sicut
in euangelio ipso dn̄o precipiente legimus. Et ut est
illud secundum mandatū in lege. Diliges pximum
tuum sicut teipsum. Item in euangelio. Beati pacifi
ci qm̄ filii dī uocabunt. Et iterū. In hoc cognoscent
om̄s quia mei discipuli estis. si dilectionē habueritis
ad inuicem. In hoc enī precepto discernuntur filii dī
& filii diaboli. quia filii diaboli semp dissensiones & dis
cordias mouere satagunt. Filii aūt dī semper paci &
dilectioni student. DE IUDICIBUS.
LX Ut quibus data ē potestas iudicandi iuste iudicent sic̄
scriptum est. Iuste iudicate filii hominū. Non in mune
rib; quia munera excecant corda prudentium. & sub
uertunt uerba iustorū. Non in oblatione nec inconside
ratione psone. sicut in deutero nomio dictū ē. quod
iustū ē iudicate. siue ciuis sit ille siue peregrinus.

nulla sit distantia personarũ· quia dĩ iudicium ē· Primo
nãq; in iudicio diligenter discernatur lex a sapienti
bus populi composita· ne per ignorantiam a uia ue
ritatis erret· & dum ille rectũ intellegit [xerit] iudiciũ·
caueat ne declinet· aut per adulationẽ aliquorũ·
aut per amorem cuiuslibet amici· aut per timorem
alicuius potentis· aut propter premium a recto
iudicio· Rectũ aut & honestũ uidetur· ut iudices
ieiuni causas audiant & discernant· DE PERIURIIS·

LXI. Habemus in lege dño pcipiente· non periurabis in nomine
meo· nec pollues nomen dĩ tui & nec assumes nomen dñi dĩ
tui in uanum· Ideo omnino admonendi sunt oms diligenter
ut caueant periurium· non solũ in scõ euangelio uel in
altari· seu in scõrum reliquiis· sed in cõmuni loquela· quia
sunt aliqui [q] per caritatem & ueritatẽ iurãt· & cauent se
a iuramento nominis dĩ & nesciunt quod idẽ est ds· quod
est caritas & ueritas· dicente iohanne apostolo· quia
ds caritas ē· Item ipse dns in euangelio· Ego sum uia
& ueritas· Ideo qui in ueritate & caritate iurat· in dõ
iurat· Item cauendũ est ne farisiaca superstitione
aliquis plus aurũ honoret quam altare· ne dicat ei dns·
stulte & ecce quid ē maius aurum an altare quod scificat
aurum· Sed & nobis honestũ uidetur· ut qui in scĩs habet
iurare· hoc ieiunus faciat cũ omĩ honestatẽ & timore dĩ·

& sciat se rationem redditurũ dõ unusquisq; vrm· ubi
cumq; sit· siue intra ecclesiam· siue extra ecclesiam· &
ut paruuli qui sine rationabili aetate sunt· non cogan
tur iurare· Et qui semel periuratus fuerit· nec tes
tis sit post hęc· nec ad sacramentũ accedat· nec in sua
causa vel alterius iurator existat·

DE AUGURIIS UEL ALIIS MALEFICIIS·

LXII· Habemus in lege dñi mandatũ· non auguriamini· Et
deuteronomium· Nemo sit qui hariolos suscitetur·
uel somnia obseruet· uel auguria intendat· Item ne
mo sit maleficus· nec incantator· nec phytonis consu
lator· Ideo precipimus ut nec cauculatores & incanta
tores· nec tempestarii· vel obligatores fiant· Et ubi
cumq; sunt· emendentur· vel damnentur· Item
de arboribus uel petris· uel fontibus· ubi aliqui stulti lumi
naria· vel alias obseruationes faciunt· omnino mandam'.
ut iste pessimus usus & dõ execrabilis ubicũq; inuentũ
tollatur & destruatur·

DE ODIO UEL INUIDIA

LXII· Predicari necesse ẽ quantũ malũ sit odium uel inuidia·
In lege enim scriptum est· Non oderis fratrẽ tuum in
corde tuo· sed publice argue eum· Item iohannes euan
gelista· Qui odit fratrẽ suum homicida ẽ· Item in euan
gelio· si peccauerit in te frater tuus· uade & corripe eum

interire & ipsum solum. & rel.

ITEM DE AVARITIA t CONCUPISCENTIA.

LXIIII. De auaritia autē apostolum legimus dicentem. Auaritia quę ē idolorū seruitus cauenda. De concupiscentia uero legitur quod radix sit omnium malorū. Et in lege ñ concupisces rem pximi tui.

DE HONORE PARENTUM.

LXV. Hoc cum magno studio admonendum ē ut filii honorent parentes suos. quia ipse dñs dicit. honora patrē & matrē tuā. ut sis longeuus super terrā quā dñs ds tuus dabit tibi.

DE FIDE PRESBITERORŪ AB EPIS DISCUTIENDA.

LXVI. Ut epi diligenter discutiant per suas parrochias presbiterorū fidem baptisma catholicum. & missarum celebrationes. ut fidem rectam teneant. & baptisma catholicum obseruent. & missarū preces bene intellegant. & ut psalmi digne secundum diuisiones uersuum modulentur. & dominicā orationē ipsi intellegant. & omib; predicent intellegendam. ut quisq; sciat quid petat a dō & ut gloria patri cū omi honore apud omś cantet. & ipse sacerdos cū scis angelis & populo dī cū una uoce scs scs scs decantet. & omi modis dicendum ē presbiteris & diaconib; ut arma non portent. sed magis sē confidant in defensione dī quā in armis.

DE HONORE ECCLESIAE DI.

LXVII. Placuit nob admonere ut unusquisq; eps uideat per suam parrochiam. ut ecclesia di suum habeat honorem. simul & altaria secundum suam dignitatē venerentur. & n sit domus di & altaria sacrata p uia canib; & ut uasa sacrata do magna uenera tione habeantur. & ut sacrificia sci ficata cū magna diligentia ab eis colligant qui digni sunt. & cum honore seruant. & ut secularia negotia ue luaniloquia in ecclēsiis non agantur. quia domus di domus orationis deb& esse. non spelunca latronū. & intentos habeant animos ad dm quando ueniunt ad missarū solemnia. & ut non exeant ante completionē benedictionis sacerdotalis.

DE MINISTRIS ALTARIS DI ET DE SCOLA.

LXVIII. Sed & hoc flagitamus urām almitatē. ut ministri altaris di suum ministerium bonis moribus ornent. seu alii canonici obseruent eorū ordines. uel monachi propo sitū consecrationis obsecramus ut bonā & probabilē habeant conuersationē. sicut ipse dns in euangelio praecepit. Sic luceat lux ura coram hominibus. ut uideant opera ura bona & glorificent patrē urm qui in caelis ē. Ut eo4 bona conuersatione. multi ptrahan tur ad seruitium di & non solū seruilis conditionis in fantes. sed &iam ingenuorū filios adgregent. sibiq; sotient. & ut scolae legentiū puero4 fiant. psalmos

notas. cantus. conputum. grammaticam. per singula monasteria
vel episcopias. & libros catholicos bene emendatos. Quia
saepe dum bene aliquid dominum rogare cupiunt. sed per in
emendatos libros male rogant. Et pueros vestros non sinite
eos vel legendo vel scribendo corrumpere. Et si opus est
euangelium. & psalterium. & missale scribere. perfectae
aetatis homines scribant. cum omni diligentia.

DE UOTO MONACHORUM ET DE CLERICATU.

LXVIIII. Simul & hoc rogare curavimus. ut omnes ubicumque qui se
voto monachicae vitae constrinxerunt. monachi & regula
riter omnimodis secundum uotum suum uiuant. secun
dum quod scriptum est. Uota vestra reddite domino deo vestro. Et iterum.
Melius est non uouere. quam uouere & non reddere. &
ut ad monasteria uenientes secundum regularem ordinem
primo in pulsatorio probentur. & sic accipiantur.
Et qui ex seculari habitu in monasteria veniunt. non
statim foras ad ministeria monasterii mittantur ante
quam intus bene erudiantur. & ut monachi ad secularia
placita non uadant. Similiter qui ad clericatum accedunt.
quod nos nominamus canonicam vitam. volumus ut illi
canonice secundum suam regulam omnimodis uiuant.
& episcopus eorum regat vitam. sicut abba monachorum.

DE SUSCEPTIONE HOSPITUM.

LXX. Venerabile enim uidetur. ut hospites peregrini & pauperes

susceptiones regulares & canonici per loca diuersa habeant·
quia dns ipse dicturus erit in remuneratione magni
diei· Hospes eram· & suscepistis me· Et apostolus hospi
talitatē laudans dixit· Per hanc quidam placuer̄
do angelis hospitio susceptis· [T]ENTIBUS·
DE ABBATISSIS CONTRA MORĒ ECCLĀE DI FACI
LXXI Auditū ē aliquas abbatissas contra morē scē di ecclāe
benedictiones· & manus inpositiones· & signacula scē
crucis super capita uirorū dare· necnon & uelare uir
gines cum benedictione sacerdotali· Quod omnino a uob
scissimi patres in uris parrochiis illis interdicendū ēē scitote·
DE CLERICIS QUI SE FINGUNT ESSE MONACHOS·
LXXII· Ut illi clerici qui se fingunt habitu uel nomine monachos
ēē· & non s̄· omnimodis uidetur corrigendos· atq; emen
dandos esse· ut illi ueri monachi sint· t ueri canonici·
DE PSEUDOGRAPHIIS ET DUBIIS NARRATIONIBUS·
LXXIII Pseudographię & dubię narrationes· uel quę omnino contra
fidem catholicam sunt· ut epistola pessima & falsissima
quā transacto anno dicebant aliqui errantes & in errorē
alios mittentes qđ de cęlo cecidiss&· nec credantur·
nec legantur· sed comburant̄· ne in errorē pro tali scripto
populus mittatur· sed soli canonici libri· & catholici trac
tatus· & scōrum auctoritas & dicta legantur & tradant̄·
DE CANTU ROMANO A MONACHIS PERAGENDO·

LXXIIII· Monachi ut cantum romanu͞m pleniter & ordinabiliter
per nocturnale vel gradale officium peragant·
secundum quod beatę memorię genitor n͞r pippinus
rex decertauit· ut fieret quando gallicanu͞m cantum
tulit· ob unanimitatē apostolicę sedis· & sc͞ę di eccl͞ę
pacifica͞m concordiam· T NON S͞ AGENDA·

DE OPERIBUS SERUILIBUS QUĘ DIEBUS DOMINICIS

LXXV· Statuimus quoq; secundum q͞d in lege d͞ns pręcepit·
ut opera seruilia diebus dominicis non agantur· sicut
& bonę memorię genitor m͞s in suis synodalibus edictis
mandauit· quod nec viri ruralia exerceant· nec in ui
nea colenda· nec in ca͞pis arando· nec in metendo uel
foenu͞ secando· uel sepem ponendo· nec in siluis stir
pando· uel arbores cedere· uel in p&ris laborare·
nec domos struere· nec in orto laborent· nec ad placita
conueniant· nec uenationes exerceant· & tria carraria
opera lic& fieri in die dominico· id est hostalia carra·
uel uictualia· & si forte necesse erit corpus cuius lib&
duci ad sepulchrum· Itē feminę opera textrilia non
faciant· nec capulent uestitos nec consuant uel acu picturę
fiant· nec lana͞ carpere· nec linum battere· nec in publico
uestimenta lauare· nec berbices tondere habeant licitu͞·
ut omnimodis honoru͞ requies die dominico per soluatur·
sed ad missaru͞ sollē nia ad ecclesiam undiq; conue

niant · & laudent dnm̄ pro omnib; bonisq; nob̄ in illa die fecit ·

DE PRAEDICATIONE EPORŪ ET PRESBITER ·

LXXVI Sed & urm uidendum ē dilectissimi & uenerabiles pastores
& rectores ecclesiarū dī · ut presbiteri quos mittitis
per parrochias urās ad regendum & predicandum per
ecclesias populum dō seruientē · ut recte & honeste
predicent · & non sinatis noua uel non canonica aliquos
ex suo sensu · & non secundum scripturas sacras fingere
& predicare populo · Sed & uosmet ipsi utilia · honeste ·
& recte · & quę ad uitā ducunt aeternā predicate ·
aliosq; instruite ut haec eadē predicent · Primo omniū
predicandum ē omnibus generaliter · ut credant
patrē & filiū · & spm̄ scm̄ · unū esse dm̄ omnipotentē ·
aeternū · inuisibilē qui creauit cęlū & terrā mare &
& omnia quę in eis sunt · & unā esse ditatē · & substantiā ·
& maiestatē in tribus personis patris & filii & sps̄ sci ·
Item predicandū ē quomodo filius dī incarnatus ē de spū scō & maria
semper uirginē · pro salute & reparatione humani generis
passus · sepultus · & tertia die resurrexit · & ascendit
in caelos · Et quomodo iterum uenturus sit · & in ma
iestate diuina iudicare omēs homines secundum merita
propria · & quomodo impii propter scelera sua cū diabolo
in ignē aeternum mittentur · & iusti cū xpo & cum
scīs angelis suis in uitam aeternā · Item diligenter

predicandū ē se resurrectionē mortuorū accepturos ·
Itē cum omni diligentia cunctis predicandū ē pro
quibus criminib; deponunt cū diabolo in aeternū
supplicium · Legimus enī apostolo dicente · Mani
festa sunt opera carnis · quę sunt fornicatio · Inmun
ditia · luxuria · Idolorū seruitus · Ueneficia · Inimicitię ·
contentiones · aemulationes · animositates · irę · rixę
dissensiones · hereses · sectę · Inuidię homicidia · ebrie
tates · cōmessationes · & his similia quę p̄dixi uobis
sicut p̄dixi qm̄ qui talia agunt · regnū dī non conse
quent · Ideo hęc eadē quę magnus predicator
ecclesię dī · singillatim nominauit · cū omni studio
prohibeant · Intellegentes quā sit terribile illud
qđ dixit · qm̄ qui talia agunt regnū dī non possi
debunt · Sed & omni instantia admonite eos · de
dilectione dī & proximi · de fide & spe in dō · de hu
militate & patientia · de castitate & continentia ·
de benignitate · & misericordia · de elemosinis &
confessione peccatorū suorū · & ut debitorib; suis
secundum dominicā orationem sua debita dimit
tant · Scientes certissime quod qui talia agunt
regnū dī possidebunt · Et hoc ideo diligentius
iniungimus urę caritati · quia scimus temporibus
nouissimis pseudo doctores esse uenturos · sicut

ipse dn̄s in euangelio predixit. Et apostolus paulus ad timotheum testat̄. Ideo dilectissimi toto corde preparemus nos in scientia ueritatis. ut possimus contra dicentib; ueritati resistere & diuina donante gratia uerbum di̅ crescat. & currat. & multiplicetur in pfectū scę̄ di̅ ecclesię & salutem animarū nr̄arū. & laudē & gloriam nominis dn̄i di̅ nr̄i ihu xp̄i. Pax predicantibus gratia oboedientibus. Gloria dn̄o nr̄o ihu xp̄o amen.

DE REBUS ECCLESIAE

LXXVII. Quia iuxta scōrum patrū traditionē nouimus res ecclesię uita esse fidelium. pretia peccatorū. & patrocinia pauperū cuiq; non solū habita conseruare. uerū etiam multa dō opitulante conferre optamus. Tamen ut ab ecclesiasticis de non diuidendis rebus illius suspitionē diu dum conceptā penitus amoueremus. statuimus ut neq; nr̄is. neq; filiorum & dō dispensante successorum nr̄orū temporib; qui nr̄ām uel pgenitorum nr̄orū uoluntatē uel exemplū imitari uoluerint nullā penitus diuisionē aut iacturā patiantur.

DE EPISCOPIS ELIGENDIS.

LXXVIII. Sacrorū canonū non ignari ut in di̅ nomine scā ecclesia suo liberius potiretur honore. adsensum ordini ecclesiastico prebuimus. ut scilicet epi per electionem cleri & populi secundum statuta canonū de propria

dio cesi remota personarũ & munerũ acceptione ob uitę
meritũ & sapientię donum eligantur · ut exemplo & uerbo
sibi subiectis usq; quaq; prodesse ualeant ·

DE MONASTERIA ET BAPTISMALES ECCLAS

LXXVIIII Siquis eps aut propinquitatis affectu aut muneris ambi
tione causę amicicię senedochia · aut monasteria · uel bap
tismales ecclesias suę ecclesię ptinentes cuilib& per benefin
theus eos contractus dederit se suosq; successores pena mul
tandos conscripserit · potestatē talia inmutandi rectorib;
ecclesiarũ absq; penę conscriptę solutione concedimus ·

DE ECCLESIA CONSTRUENDA IN SUA PROPRIETATE

LXXX Statutũ ē ut siquis liber homo pconsensum epi sui ecclesiā
in sua construxerit p proprietate · fontesq; in eadem ab epō
fuerint consecrati : ideo non suā perdat hereditatem · sed
si eps uoluerit officium sacri baptismatis in sua transferat
ecclesia · ipsa uō a qua transfertur in constructoris maneat iure ·

DE DICTIS PATRUM CONGESTIS PRO
CANONICA PROFESSIONE QUIA DE
HONESTABATUR :

LXXXI Quia uero canonica professio a multis partim ignorantia ·
partim desidia dehonestabatur · operę precium
duximus · dō annuente apud sacrũ conuentum ex dictis
scōrũ patrũ uelut ex diuersis pratibus quosdam uernan
tes flosculos carpendo in unā regulā canonicoꝝ · & cano

nicarū congerere. & canonicis uel scā monialibus ser
uandā contraderet. ut per eam canonicus ordo absq; am
biguitate possit seruari. & qm̄ illā sacer conuentus.
ita etiam extulit laudibus ut usq; ad unū ita obser
uandum percenseret. statuimus ut ab omnibus in eadē
pfessione degentibus indubitanter teneatur. &
modis omnibus siue a canonicis siue a scā monialibus
canonice degentibus deinceps obseruetur.

DE CONLATIS ECCLĒ DIUIDENDIS

lxxii. Statutū ē ut quicquid tempore imperii nr̄i a fide
libus ecclesię sponte conlatū fuerit. in ditioribus
locis duas partes in usus pauperū. tertiā in stipendia
cedere clericorū aut monachorū. In minoribus uō
locis. aeque inter clerū & pauperes fore diuidendū.
nisi forte a datoribus ubi specialit̄ dande sint consti
tutū fuerit. DE ABBATIBUS ELIGENDIS

lxxiii. Monachorū siquidē causam qualit̄ dō opitulante
ex parte disposuerimus. & quomodo ex seipsis sibi
eligendi abbates licentiā dederimus. & qualiter dō
opitulante quiete uiuere. & ppositumq; indefessi custo
dire ualerent ordinauerimus. In alia scedula diligen
ter adnotari fecimus. & ut apud successores nr̄os ra
tum fore & inuiolabilit̄ conseruetur confirmauimus.

DE ORDINATIONE SERUORUM

LXXXIIII. De seruorum vero ordinatione qui passim ad gradus ecclesiasticos indiscrete promouebantur. Placuit omnibus cum sacris canonibus concordare debere. Et statutum est ut nullus episcoporum deinceps ad eos sacros ordines promouere presumat nisi prius a dominis propriis libertatem consecuti fuerint. Et si quilibet seruus dominum suum fugiens aut latitans aut adhibitis testibus munere conductis uel corruptis aut qualibet calliditate uel fraude ad gradus ecclesiasticos peruenerit. decretum est ut deponatur. et dominus eius eum recipiat. Si uero auus uel pater ab alia patria in aliam migrans in eadem prouincia filium genuerit. et ipse filius ibidem educatus. et ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit. et utrum seruus sit ignorauerit. et postea ueniens dominus eius legibus eum adquisierit. sancitum est ut si dominus eius illi libertatem dare uoluerit. in gradu suo permaneat. Si uero eum catena seruitutis a castris dominicis extrahere uoluerit gradum amittat. Quia iuxta sacros ordines uilis persona manens sacerdotii dignitate fungi non potest. De rebus uero illorum uel peculiare qui a dominis propriis libertate donantur ut ad gradus ecclesiasticos iure promoueantur. statutum est ut in potestate dominorum consistat. utrum illis concedere

xri sibi uindicare uoluerint. Cęterum si post ordinationem aliquid adquisierit. illud obseruetur quod in canonibus de consecratis nihil habentibus constitutum est. De ecclesiarum uero seruis. communi sententia decretum est. ut archiepiscopi per singulas prouincias constituti. nostram auctoritatem. suffraganei uero illorum exemplar illius penes se habeant. et quandocumque de familia ęcclesię utilis inuentus aliquis ordinandus est. in ambone ipsa auctoritas coram populo legatur. et coram sacerdotibus uel coram fidelibus laicis ante cornu altaris sicut in nostra auctoritate continetur. Remota qualibet calliditate libertatem consequatur. et tunc demum ad gradus ecclesiasticos promoueatur. similiter quoque de his agendum est quos laici de familia ecclesiarum ad sacros ordines promouere uoluerint. sed et de his quos praepositi canonicorum. aut monachorum ordinandos expetiuerint eadem forma seruanda est.

DE PERSONIS A QUIBUS NON SUNT RES ACCIPIENDĘ.

XXXV. Statutum est ut nullus quilibet ecclesiasticus ab his personis res deinceps accipere praesumat quarum liberi aut propinqui hac inconsulta oblatione possint rerum propriarum exheredari. quod si aliquis deinceps hoc facere temptauerit. a synodali uel imperiali sententia modis omnibus feriatur.

DE PRESBITERIS CONSTITUENDIS

LXXXVI Statutum est. ut sine auctoritate uel consensu episco
porum presbyteri in quibuslibet ecclesiis nec constituantur
nec expellantur. Et si laici clericos probabilis uitae et doctri
nae episcopis consecrandos suisque in ecclesiis constituendos
optulerint nulla qualibet occasione eos reiciant.

DE MANSIS UNIUSCUIUSQUE ECCLESIAE

LXXXVII Sancitum est ut unicuique ecclesiae unus mansus integer
absque alio seruitio adtribuatur. et presbyteri in eis constituti
non de decimis neque de oblationibus fidelium non de domi
bus neque de atriis uel de ortis iuxta ecclesiam positis neque
de praescripto manso aliquod seruicium faciant praeter
ecclesiasticum. et si aliquid amplius habuerint inde
senioribus suis debitum seruitium inpendant.

DE PRESBYTERIS UNIUSCUIUSQUE AECCLESIAE

LXXXVIII Statutum est postquam hoc implaetum fuerit. ut unaquaeque
ecclesia suum presbyterum habeat ubi id fieri facultas pro
uidente episcopo permiserit. DE UILLIS NOUIS EC
CLESIIS IN EIS NOUITER CONSTITUTIS.

LXXXVIIII Sancitum est de uillis nouis ecclesiis in eis nouiter consti
tutis. ut decimae de ipsis uillis ad easdem ecclesias conferantur.

DE SACRIS UASIS ECCLESIAE IN PIGNUS DATIS.

XC De sacris uasis ecclesiae quae in pignus a nonnullis in quibusdam
locis dari comperimus. inhibitum est ne deinceps a quoquam
fieri praesumatur nisi solummodo necessitate redimendorum

captiuorum conpellente. DE ECCLESIIS DESTRUCTIS UEL DE NONIS ET DECIMIS.

XCI De ecclesiis sane destructis uel de nonis & decimis. siue de claustris canonicorum qualiter constitui & ordinari a nobis placuerit aliis capitulis subter adnotabimus.

DE ECCLESIARUM HONORE.

XCI. Sed & de ecclesiarum honore quomodo d(e)o adiuuante quantum in nobis est uigeat. similiter in subter adnotatis capitulis insertum esse dinoscitur.

DE EPISCOPIS ITALIAE.

XCII De ep(iscop)is uero in longobardia constitutis qui ab his quos ordinabant sacramenta & munera contra diuinam & canonicam auctoritatem accipere uel exigere sollicti erant. modis omnibus inhibitum est ne ulterius fiat. quia iuxta sacros canones utterque gradu proprio talia facientes deici debent. DE PRESBITERIS QUI FEMINAS IN DOMIBUS HABENT.

XCIII. Statutum est ab ep(iscop)is de presbiteris qui feminas indiscrete secum habitare permittunt. & propter hoc male opinionis suspitione denotantur. ut si deinceps admoniti non se correxerint uelut contemptores sacrorum canonum canonica inuectione feriantur. DE PRESBITERIS QUI PRO CHRISMATE IN CENA D(OMI)NI UENIEBANT.

XCIIII. De presbiteris qui accipiendi chrismatis gratia ad ciuitates in cena

dni uenire soliti erant. sancitum e. ut de his qui longe positi s.
de octo uel decem unus ab epo eligatur. qui acceptum
chrisma sibi & sociis diligenter perferat. hi uero qui non
longius a ciuitate qua quattuor aut quinq. milibus
habitant. more solito ad accipiendum chrisma perse
ueniant. Dicendi uero gratia alio non quadragesime
tempore ad ciuitates conuocentur.

DE PREDICATIONE ET CONFIRMATIONE EPISCOPORUM.

XCVI Ne uero epi occasione predicandi aut confirmandi oneri
essent populis a nobis admoniti polliciti sunt. sed dein
ceps hoc cauere. & eo tempore suum ministerium in quan
tum facultas dabatur exsequi. quo eorum perfectio quantum
in illis erat his quibus prodesse possunt & debent. non
sit inportuna uel onerosa.

DE PUERIS TONDENDIS ET PUELLIS UELANDIS.

XCVII. Ne pueri uero sine uoluntate parentum tonsorentur. uel
puelle velentur omnibus modis inhibitum e. & qui hoc
facere temptauerit. multamque in capitulis legis mun
dane a nobis constitutis continetur persoluere cogantur.

DE FEMINIS UIROS AMMITTENTIBUS.

XCVIII. De feminis que uiros ammittunt placuit ne se sicut actenus
indiscrete velent. sed ut xxx dies post decessum viri sui
expectent. & post tricesimum diem per consilium
epi sui. uel si eps absens fuerit. consilio aliorum

religiosorum sacerdotū suorumq; parentū atq; amicorū ·
id quod eligere debent eligant · & quia sacro conuentu rogati
ubi qui publicam gerebant paenitentiam & feminę quę uiros
ammittebant · nr̄a auctoritate donec deliberent quid agant
tuerentur · Specialiter ꝓ his capitula fieri & legis mundanę
capitulis inserenda decreuimus ·

DE RAPTIS ET DE EARŪ RAPTORIBUS ·

XCVIIII · De raptis uō & de raptoribus quāquā specialiter decreuissemus ·
quid pati debeant qui hoc nefas deinceps facere temptauerint ·
quid tamen super his sacri canones ꝑcipiunt · hic inserendū
necessarium duxim' · quatinus omnibus pateat quantum
malum sit · & non solū humana sed etiam diuina auctorita
te constricti abhinc hoc malum caueatur ·

DE PUELLIS RAPTIS NEC DŪ DESPONSATIS

C · De puellis raptis necdum desponsatis in concilio calcidonensi ·
ubi DCXXX patres adfuerunt capitulo XXXVIII · ita
habetur eos qui rapiunt puellas sub nomine simul habitan
di cooperantes & conibentes raptoribus · Decreuit sc̄a synodus ·
siquidem clerici sunt decidant gradu ꝓprio · si uero laici
anathematizentur · quibus uerbis aperte datur intellegi ·
Qualiter huius mali auctores damnandi sunt · quando par
ticipes [illegible] conibentes tanto anathemate feriunt ·
& iuxta canonicam auctoritatē ad coniugia legitima
raptas sibi iure uindicare nullatenus possunt ·

DE DISPONSATIS ET AB ALIIS RAPTIS

C I · De disponsatis puellis & ab aliis raptis. ita in concilio an
cirtano capt x · legitur · Disponsatas puellas & post
ab aliis raptis placuit erui & eis reddi quibus ante
fuerint disponsate etiam si eis a raptoribus uis inlata
constiterit · Proinde statutum e a sacro conuentu ut
raptor publica penitentia multetur · Rapta uero
si sponsus recipere noluerit · & ipsa eiusdem crimini
consentiens non fuit · licentia nubendi alii non negatur ·
quod si & ipsa consensit · simili sententia subiaceat ·
quod si post hec se coniungere presumpserint uterq;
anathematizentur ·

DE CONIUGALI AUT UELATIONE

C II · Si disponsatam alii puellam alter in matrimonium possit
accipere · hoc ne fiat modis omnibus inhibemus · quia
illa benedictio · quam nupture sacerdos inponit · apud
fideles cuiusdam sacrilegii instar e · si ulla trans
gressione uiolatur · DE HIS QUI UIR
GINIBUS DO DICATIS SE SOCIANT

C III · De his uero qui sacris uirginib; se sociant · ita de in
cestis pape gelasii capitulo XX continetur · Uir
ginibus sacris temere se quosdam sociare cognouimus ·
& post dicatum do propositum · incesta federa sa
crilega que miscere quos protinus aequum e a sacra

communione d&rudi & nisi publicã pbatamq; egerint
penitentiam omnino non recipi. aut his certe viaticum
de seculo transeuntibus. si tamen penituerint non neget̃.
si uero de copulatione sacrarũ uirginũ. tam seuere feriunt̃.
quanto seuerius feriendi sunt qui eas rapiunt. Ideo sicut
pr§missum ẽ. necesse ẽ ut ab omnibus in xpiana religione
consistentibus rigore auctoritatis diuin§ uel human§
hoc malũ radicitus amputetur.

DE PUELLIS QUO TEMPORE UELENTUR.

CIIII. Ne uero puell§ indiscrete uelentur. placuit nobis etiam
de sacris canonibus qualit̃ obseruandũ sit hic inferre
de tempore uelandarũ puellarũ. In africano concilio
capitulo XVI. continetur. ut non ante XXV annos
consecrentur. Item in eodẽ concilio capitulo XC III.
de uirginibus uelandis. ita continetur. Itẽ placuit
ut quicumq; episcoporũ necessitate periclitantis pu
dicici§ uirginalis. cũ et uel petitor potens uel raptor
aliquis formidatur. uel si etiam aliquo mortis periculoso
scrupulo conpuncta fuerit. ne non uelata moriatur.
aut exigentibus parentibus aut his ad quorũ curam per
tinet uelauerit uirginẽ seu uelauit ante XXV annos
aetatis non ei obsit concilium quod de isto annorum nu
mero constitutũ ẽ. Unde colligitur quia iuxta prio
rem sancionẽ virgines XXV aetatis su§ anno rite consecran

desint · Quod si premisse necessitates · ante id fieri con
pellant · nullū possit epō adferre p̄iudicium consecrationis ·

DE ADULTERO CŪ ADULTERA CŌPHENSO ·

CV · Siquis adulter cū adultera conprehensus secundum
edicta legis Langobardorū marito adulterę ambo ad
uindictā traditi fuerint · si eos quispiā emerit · eosq;
conuictos in eodem scelere habere repertus fuerit ·
ipsos fisco adquirat ·

DE UXORE LIBERI HOMINIS ·

CVI Siquis liber homo uxorē habens liberā, p̄p̄t aliquod
crimen aut debitū seruitio alterius · se subdit · infan
tes qui ex tali coniugio nati fuerint libertatis statū
non amittant · si uere illa defuncta secunda uxor
& tamen libera tali se sciens iunxerit coniugio liberi
illorū seruituti subdantur · DE FEMINA SI

UESTĒ HABENS MUTATĀ MECHA FUERIT DEPHENSA

CVII · Statuimus ut si femina uestē habens mutatā mecha
dep̄hensa fuerit · non tradatur genitiuo sicut usq;
modo · ne fortę quę prius cum uno post modum cum
pluribus locum habeat mechandi · sed eius possessio
fisco redigatur · & ipsa episcopali subiaceat iudicio ·

DE EXAMINATIONE SCĘ CRUCIS N̄ FACIENDA

CVIII · Sancitū est ut nullus deinceps qualib& examinationē
crucis facere p̄sumat · ne xp̄i passionē quę glorificatio est

cuius lib& temeritate contemptui habeatur ·

DE PABULO UERBI DIUINI NUNCIANDO ·

CVIIII · Ep̄os uero ut siue per se siue per uicarios pabulum
verbi diuini sedule populis adnuntient · quia ut
ait beatus gregorius · Irā contra se occulti iudicis
excitat sacerdos · si sine predicationis uoce incedit ·
& ut clerū sibi cōmissum in sobrietate & castitate
nutrirent · diuinisq; officiis imbuerint · Quęrite
ad sacros scōs ecclesiasticos ordines promoueri possint ·
& ut operam dent · quatinus prbri missarium & lec
tionariū · siue cęteros libellos sibi necessarios bene
correctos habeant · & qualit̄ ęcclesias destructas sibi
pertinentes iuxta uires emendent · Qualiter & iam
uiduas diligenter instruant · quomodo & iam secun
dum apostolicā auctoritatē conuersari debeant edo
ceant · & ut superstiticiones quas quibusdam in locis
in exequiis mortuorū nonnulli faciunt eradicent ·
& ut exemplo suę innocentię alios ad bene uiuendū
prouocent · & cunctis ęcclesiasticis negotiis quantum
dn̄s iuuauerit totis uiribus consulere satagāunt ·
diligenter admonuimus · & ut id liberius exequi
ualeant · nos in quantū posse dederit · opem ferre
modis omnibus optamus · T DENDIS

DE INCESTIS NUPTIIS ET ECCLESIIS DIUI

CX. Nonnulla uero capitula sicut de incestis nuptiis nec non et de ęcclesiis quę inter coheredes diuiduntur et tali occasione proprio honore carent siue de his ęcclesiis quę nimium rebus propriis sunt adnuntiatę uel certe de his rebus quę nuper necessitate conpellente a nonnullis ęcclesiis sunt ablatę et si qua sunt alia siue in ęcclesiasticis siue in publicis rebus emendatione digna quę pro temporis breuitate efficere nequiuimus in tantum differendum illud dignum iudicauimus donec domino fauente consulta fidelium facultas nobis id definiendi ab eo tribuatur. Inuenta uero in deo opitulante effectum obtinerant per tempora hic inserenda censuimus.

DE SCRIPTORIBUS

CXI De scribis ut non uitiose scribant.

DE SERUIS PROPRIIS UEL ANCILLIS

CXII De seruis propriis uel ancillis ut non amplius tondeantur uel uelentur nisi secundum mensuram et ut ibi satis fiat et uillę non sint desolatę.

DE CONGREGATIONIBUS

CXIII De congregationibus superfluis ut nullatenus fiant sed tantos congregent quantis consilium dare potest.

DE PULSANTIBUS

CXIIII De his qui non fiunt secundum regulam pulsati ut deinceps emendentur et pulsentur secundum regulam.

DE INFANTULIS PUELLIS QUANDO UELENT(ur)

CXV Ut infantulę aetatis puellę non uelent(ur) ante quā illę
eligere sciant quid uelint salua canonica auctoritate

DE PREPOSITIS MONACHORUM.

CXVI. Ut laici non sint prepositi monachorum infra monaste
ria. nec archidiaconi sint laici. DE INCESTUOSIS.

CXVII. De incestuosis ut canonicę examinentur. & nec p(ro)p(ter)
alicuius amiciciam quidā relaxent(ur). quidā uero
constringant(ur). DE FAME CLADE ET PES
TILENTIA SI UENERINT.

CXVIII. De hoc si uenerit fames clades pestilentia inaequa
litas aeris uel alia qualiscumq; tribulatio ut non
XLVI Admonendi sunt domini subditorum· ut circa suos pie & misericorditer agant· nec eos qualib& iniusta occasione condempnent· nec ui obprimant· nec illorum substantiolas iniuste

tollant · nec ipsa debita quae subditis reddenda sunt.
impiae ac crudeliter exigantur · DE CORPORIS
DNI ET SANGUINIS COMMUNICATIONE
XLVII. Ut si non frequentius uel ter LAICORUM.
laici homines in anno communicent · Nisi forte
quis maioribus quibuslibet criminibus inpediatur ·
DE ERUDITIONE FILIORUM A PAREN
XLVIII Ut parentes filios suos et patri TIB. ET PATRINIS.
ni eos quos de fonte lauacri suscipiunt · erudire
summo pere studeant · illi quia eos genuerunt · et eis
a dño dati sunt · isti quia pro eis fide iussores exis
tunt · DE ECCLESIIS ANTIQUITUS CONSTI
XLVIIII Ut ecclesiae antiquitus constitutae · TUTIS.
nec decimis · nec alia ulla possessione priuentur ·
DE SEPULTURA.
L Ut de sepeliendis in basilicis mortuis illa constitu
tio seruetur quae ab antiquis patribus constituta est ·
INCIPIT TERTII PRELOCUTI UN
CULA LIBELLI ·
SUPERIUS IN DUOBUS CAPITULA
ecclesiastica praefatorum principum domni karoli
imperatoris · et domni ac gloriosissimi hluduuici augus
ti · et chlotarii caesaris descripsi libellis · nunc autem
illa ad mundanae augmentum legis pertinentia quae

domnus karolus impr edidit in hoc tercio adunaui libello · INCIPIUNT CAPITULA.

INCIPIUNT PREDICTA
CAPITULA ET EORUM TEXTUS
DE PACE SERUANDA.

I De pace admonemus ut omnes qui per aliqua scelera rebelles sunt constringantur.

DE IUSTICIIS GENERALIBUS

II De iusticiis ecclesiarū dī. uiduarum orfanorum. & pupillorum. praecipimus ut in publicis iudiciis non dispiciantur clamantes. sed diligenter audiantur. DE IUSTICIIS REGALIB.

III De iusticiis regalibus ut pleniter fiant inquisitę. DE ARMIS NON PORTANDIS

IIII De armis infra patriam non portandis. id est scutis & lanceis & loricis. si faidosus quis sit discutiatur tunc quis e duobus contrarius sit. ut pacati fiant. & distringantur ad pacem. & iam si noluerint. et si aliter se pacificare noluerint. adducantur in nrām pͅsentiā. et si aliquis post pacificationem alterū occiderit. conponat illū. & manum quam per iurauit pͅdat. & insup bannū dominicū soluat. DE ARMATURA IN HOSTEM HABENDA

V De armatura in exercitu. sicut antea in alio capitulari cōm dauim̄ ita seruetur. et insup

omnis homo de duo decim mansis bru nam habeat.
qui uero bru nam habens eam secum non tulerit. om
ne beneficium cum bru na pariter ꝑdat. DE NE
GOTIATORIBUS QUOUSQ; PROCEDANT.

VI D e negotiatoribus qui partibus sclauoꝝ. & bauua
torium ꝑgunt. quousq. procedere cum suis nego
tiis debeant. id est partibus saxoniae usq. ad bar
den uuich. & ad magado burg. & ad erpes furd. &
ad halax stat. & ad forachem. et ad breembreg. et
ad raginis purg. & ad lauriacum. & ut arma & bru
nias non ducant ad uenundandum. quod si inuenti
fuerint portantes. omnis substantia eorum aufe
ratur ab eis. dimidia quidam pars partibus pala
tii. alia uero medietas inter iam dictos missos & in
uentorem diuidatur. DE CLAMATORIBUS.
UEL CAUSIDICIS.

VII D eclamatoribus uel causidicis. qui nec iudiciū sca
biniorum adquiescere. nec blasphemare uolunt.
antiqua consuetudo seruetur. id est ut in custodia
recludant̄. donec unum de duobus faciant. & si ad
palatium pro hác reclamauerint. & litteras detu
lerint non quidem eis credatur. nec tam̄ in carcere
ponatur. sed cum custodia & cum ipsis litteris pari
ter ad palatium nr̄m remittantur. ut ibi discutiant̄

sicut dignum est. DE IURAMENTO.

VIII De iuramento ut nulli alteri per sacramentum fidelitas promittatur nisi nobis. & unicuiq; proprio seniori ad nostram utilitatem & sui senioris. excepto his sacramentis quae iuste secundum legem alteri ab altero debetur. & infantes qui antea non potuerunt propter iuuenilem aetatem iurare modo fidelitatem repromittant. DE CONSPIRAT.

VIIII De conspirationibus uero quicumq; facere praesumpserit & sacramento quacumq; conspirationem firmauerint. ut triplici ratione iudicentur. Primo. ut ubicumq; aliquod malum per hoc perpetratum fuit. auctores facti interficiantur. adiutores uero eorum singuli alter ab altero flagellentur. & nares sibi inuicem praecidant. ubi uero nihil mali perpetratum est. similiter quidem inter se flagellentur. & capillos sibi inuicem detondant. si uero per dextras aliqua conspiratio firmata fuerit. si liberi sunt aut iurent cum idoneis iuratoribus. hoc pro malo non fecisse. aut si facere non potuerint. suam legem conponant. si uero serui sunt flagellentur. & ut de cetero in regno nostro nulla huiusmodi conspiratio nec per sacramentum nec sine sacramento fiat.

DE PERIURIIS.

X De periuris ut caveantur: & non admittantur
testes ad iuramentum antequam discutiantur.
& si aliter discuti non possunt. separentur ad in
vicem. & singulariter inquirantur. et non soli ac
cusatori liceat testes eligere. absente suo causatore.
& omnino nullus nisi ieiunus ad iuramentū vel
ad testimonium admittatur. si refutatur. dicat
ille qui eum refutat. & prob& quare illum nolit
recipere. & de ipso pago aut de vicinis centenis eli
gantur. nisi forte longius extra comitatum causa
sit inquirenda. et si quis convictus fuerit periurii.
perdat manum aut redimat. DE ADUOCATIS
UICE DOMINIS UICARIIS ET CENTENARIIS.

XI De aduocatis uice dominis uicariis & centenariis
prauis ut tollantur. et tales eligantur quales &
sciant & velint iuste causas discernere & termina
re. et si comes prauus inuentus fuerit. nobis nuntiet̄.

DE TELONEIS.

XII De teloneis plac& nobis ut antiqua & iusta telo
nea a negotiatoribus exigantur. tam de pontibus
quā q; de nauigiis seu mercatis. noua uero seu iniu
ta ubi uel funes tenduntur uel cum nauibus sub
pontibus transitur. seu his similia in quibus nul
lum adiutorium itinerantibus praestatur. simi

liter &iam nec de his qui sine negotiandi causa sub
stantiam suam de una domo sua ad aliam aut ad
palatium aut in exercitum ducunt teloneum
ut nullatenus ab eis exigatur·

DE FAL SIS MONETIS.

XIII De falsis mon&is quia in multis locis contra
iustitiam & contra edictum fiunt· uolumus
ut nullo alio loco mon&a sit· nisi in palatio nr̄o·
nisi forte iterum a nobis aliter fuerit ordinatū.

DE HA RI BANNO·

XIIII De ha ri panno uolumus ut missi nr̄i fideliter
exactare debeant absque ullius ꝑsonę gratia
blanditię· seu terrore· secundum iussionē nr̄am.
id ē ut de homine habente· lib̄· VI· in auro argen
to bruneis aeramento pannis integris caballis
bubus uaccis & alio peculio & uxores uel infantes
non fiant dispoliati· ꝑ hac rē de eorum uestimen
tis accipiat legitimum hairibannum· id ē lib̄· III·
qui uero non habuerit amblius in supra scripto
pr ecio ualente nisi lib̄· III· sol̄ XXX· ab eo exigan
tur· id ē libra & dimidia· qui aūt non habuerit
amplius nisi duas lib̄· sol̄· X· si uero unam habue
rit· sol̄· V· ita ut iterum sē ualeat praeparare
ad dī seruitium· & ad nr̄am utilitatem· & nr̄i mis

si caueant · & diligenter inquirant · Ne aliquod ma
lum ingenium subtrahant nr̄am iusticiam alteri
tradendo aut commendando ·

DE CENSU REGALI.

XV Census regalis unde cumque legitime exiebat ·
uolumus ut inde soluatur · siue de propria p̄so
na hominis siue de rebus · DE LIBERIS
HOMINIB, UXORES FISCALINAS

XVI De liberis hominibus qui uxo HABENT̃S ·
res fiscalinas regias & de feminis liberis qui homi
nes similiter fiscalinos regios accipiunt · ut non de
hereditate parentum uel de causa sua quaerenda ·
nec de testimonio pro hac ré abiciantur · sed talis & iā
nobis in hác causa honor seruetur · qualis & ante ces
soribus nr̄is regibus uel imperatoribus seruatus ēē
cognoscitur · DE CURA MISSORŪ DOM.

XVII Unusquisque in suo missatico maxima habeat curā
ad p̄uidendum & ordinandum ac disponendum se
cundum uoluntatem dī & secundum iussionē nr̄am ·

DE EQUALITATE MISSIS DOMI
NICIS FACIENDA

XVIII Uolumus ut aequaliter missi nr̄i faciant de singulis
causis siue de heribanno / si ut de aduenis siue de ce
teris quibus lib& causis, De aduenis uolumus iam

diu coniugatis per singula loca ut ubi maneant et
sine causa et sine aliqua culpa non fiant eiecti.
Fugitiui uero serui. et latrones redeant ad propria loca.

DE HIS QUI BENEFICIA HABENT REGALIA.

XVIIII Auditum habemus qualiter et comites et alii
homines qui nostra beneficia habere uidentur con
parant sibi proprietates de ipso nostro benefitio et faci
unt seruire ad ipsas proprietates seruientes de nostro
beneficio. et curtes nostrae remanent deserte et in ali
quibus locis ipsi uicinantes multa mala patiuntur.

DE HIS QUI FRAUDEM FACIUNT
IN REGALIBUS BENEFICIIS.

XX Audiuimus quod aliqui reddant benefitium nostrum
ad alios homines in proprietate et in ipso placitto da
to pretio conparant ipsas res iterum sibi in alodem
quod omnino cauendum est quia qui hoc faciunt non
bene custodiunt fidem quam nobis promissam habent.
et ne forte in aliqua infidelitate inueniantur quia
qui hoc faciunt per eorum uoluntatem ad aures nostras
talia opera illorum non per ueniunt. DE HIS
QUI PROPTER PROPRIAM IUSTICIAM DILA
TANDAM FUGANTUR.

XXI Sunt et alii qui iusticiam legibus recipere debent
et in tantum fiunt in quibusdam locis fatigati. usque

dum illorum iusticiam p̄ fide iussorum manus tra
dant · ita ut aliquid uel paruum possint habere
& fortiores suscipiant maiorem portionem ·

DE ARMIS AD PALATIU̅ N̅ PORTANDIS

XXII Ut nullus ad mallum uel ad placitu̅ infra patria̅
arma id: scutum & lanceam port& ·

DE LATRONIBUS ·

XXIII De latronibus · precipimus quicumque post mis
sam sci iohannis · latroni mansionem dederit · si
francus est · cum XII · similibus francis iur& · quod
ipse latrone eum fuisse non sciss& · lic& et pater ei̅
sit aut frater · uel p̄pinquus · si hoc iurare non po
tuerit · & ab alio conuictus fuerit q̄d latronem in
hospitio suscepiss& · quasi latro et infidelis iudi
c&ur · quia latro est · & infidelis est n̅r & francoru̅ ·
et qui illum suscipit · similis est illi · Si au̅t audi
uit quod latro fuiss& · et tamen non scit profirmi
ter · aut iur& solus quod numquam eum audis
set · nec ueritatem nec p̄mendatium latronem ·
aut si paratus si ille de latrocinio postea uic
tus fuiss& · ut similiter damnetur ·

DE ANIMALIBUS & ALIIS REBUS A QUIBUS EMANTUR ·

XXIIII · Ut nullus conparet caballum bouem & iumentu̅ ·

uel alia nisi illum hominem cognoscat qui
eum uendit · aut de quo pago est · uel ubi manet ·
aut qui est eius senior · DE HOMICIDIIS
XXV· Qui subdiaconum occide CLERICORUM.
rit · ccc · sol conponatur · qui diaconum · cccc ·
conponatur · qui prbrm · dc · conponatur · qui
epm · dcccc · qui monachum · cccc · sol conpona
tur · DE IMMUNITATE SI ALIQUOD DAMNU ibi FACTU FUERIT.
XXVI Si quis inmunitate damnum aliquod fecerit · dc ·
sol conponatur · si aut homo furtum aut homici
dium uel quod lib& crimen foris committens in
fra inmunitatem fugerit · mand& comes uel epo
uel abbati uel uice domino · vel illi qui cumque
locum epi aut abbatis tenuerit ut reddat ei reu ·
si illi contra dixerit · & eum reddere noluerit ·
In prima conditione · sol xv · cui iud · si ad secun
dam inquisitionem eum reddere noluerit · xxx ·
sol cui iud · si nec ad terciam inquisitionem con
sentire uoluerit · quic quid reus damni fecerat
totum ille qui eum infra immunitatem retin& ·
nec reddere uult · soluere cogatur · & ipse comes
ueniens licentiam habeat ipsum hominem infra
immunitatem querendi ubi cumq; inuenire po

tuerit. si aut[em] in prima inquisitione comiti responsum fuerit quod reus infra immunitate[m] quidem fuiss&. sed fuga lapsus sit. iuret quod ipse eum ad iusticiam cuius lib& dissaciendam fugere non fecisset. & sit ei in hoc satis factum. si aut[em] intranti in ipsam immunitatem comiti collecta manu quis lib& resistere temptauerit. comes hoc ad regem uel principem deferat. ibiq[ue] iudic[etur]. Ut sic ille qui immunitate damnum fecit. DC. sol con ponere debeat. ita ut qui collecta comiti manu resistere p[re]sumpserit. DC. sol culpabilis iudic&ur.

DE EO QUI IN IUDICIO INIUSTE C[ON]TRA ALIU[M] ALT[ER]CANTE[M] ADIUUARE PRE[SUMSERIT].

XXVII Si quis hominem in iudicio iniuste SU[M]SERIT. contra alium alter cantem adiuuare p[er] malum ingenium p[re]sumpserit. atq[ue] inde coram iudicib[us] uel comite increpatus fuerit. & negare non potuerit. sol. XV. cul[pabilis] iudic&ur.

DE HOMINE QUI PER CARTAM LIBERTATEM CONSECUTUS EST.

XXVIIII Si quis p[er] cartam ingenuitatis a domino suo legitime libertatem est consecutus. liber p[er]maneat. si uero aliquis eum iniuste inseruire temptauerit. & ille cartam ingenuitatis sue ostenderit.

& aduersarium se inseruire uelle conprobauerit. ille qui hoc temptauit. multa quae in carta descripta est soluere cogatur. si uero carta non paruerit. sed iam ab illo qui eum inseruire uoluerit disfacta est. uuerdgildum eius conponat. duas partes illi quem inseruire uoluerat. terciam regi. & ille iterum per preceptum regis libertatem suam conquirat.

DE HOMINE LIBERO QUI SE LOCO UUADII TRADIT.

XXVIIII Liber qui se loco uuadii in alterius potestatem commisserit. ibique constitutus damnum aliquod cuilibet fecerit qui eum in loco uuadii suscepit. aut damnum soluat. aut hominem in mallo productum dimittat. perdens simul debitum propter quod eum pro uuadio suscepit. & qui damnum fecit dimissus. iuxta qualitatem rei cogatur emendare. Si uero liberam feminam habuerit. usque dum in pignere extiterit. et filios habuerint. liberi permaneant.

DE DEBITIS REGALIBUS QUALITER SOLUI DEBEANT.

XXX Omnia debita quae ad partem regis solui debent. sol XII. denariorum soluant. excepta freda quae in lege salica conscripta est. illa eadem sol. quo ceterae conpositiones solui de

bent conponatur· DE EO QUI CAUSAM
IUDICATĀ REPETERE P̄RESUMIT.
XXXI Si quis causam iudicatam rep&ere p̄sumpserit
inmallo· ibiq; testibus conuictus fuerit · aut xv·
sol conpona̅· aut xv· ictus abscabiniis quicausã
prius iudicauer̄ accipiat· DE EO QUI IN
TESTIMONIUM ASSUMITUR
QUALIS ESSE DEBEANT·
XXXII· Optimus quisq; inpago uel ciuitate intestimoniũ
adsumatur &cui is contra quem testimonia rede
beat· nullum crimen possit indi tere· DE SCA
BINEIS ADUOCATIS NOTA
RIIS AMISSIS DOMĪS ELIGENDIS·
XXXIII Ut missi nr̄i scabinios aduocatos· notarios p̄sin
gula loca eligant &eorum nomina quando re
uersi fuerint secum scripta deferant· DE IL
LIS QUI LEḠE SERUARE CONTĒP
XXXIIII De his qui legem seruare contempserint · NUNT.
ut p̄fide iuss ores adp̄sentiam regis deducant
DE HAIRI BANNATORIS C̄IECTO·
XXXV Ut illi qui hairi bannũ soluere debent coniec
tum faciant adhairi bannatorem·
DE COLONIS ET FISCALINIS.
XXXVI Ut necolonus nec fiscalinus possint alicubi tra

ditiones facere. DE HOMINE IN IUDICI
UM NON MITTENDO SINE CAUSA.
xxxvii Ut nullus praesumat hominem in iudicium mit
tere sine causa nisi iudicatum fiat. DE CAU
SA EBRII HOMINIS ET DE EIUS TES
TIMONIO ET DE PLACITO COMITIS
xxxviii Ut nullus ebrius suam causam in mallo possit
conquirere. nec testimonium dicere. nec placi
tum comes habeat nisi ieiunus. DE MISSIS
DOMINICIS ET CETERIS HOMI
NIBUS DISCURRENTIBUS.
xxxviiii De missis nr̄is discurrentibus uel ceteris ho
minibus p̄pter utilitatem nr̄am iter agentibus.
ut nullus mansionem contradicere pr̨esumat.
DE ILLIS QUI AD PLACITUM BAN
NIRI DEBEANT.
xl. Ut nullus ad placitum banniatur nisi qui cau
sam suam quaerit. aut si alteri querere debet.
exceptis scabiniis vii. qui ad omnia placita
prae esse debent. DE FALSIS TESTIBUS.
xli De falsis testibus praecipimus ut non recipiantur
ITEM.
xlii Ut nullus testis supra uestitura̅ aui et patris nr̄i
suscipiatur ITEM.

xliii. Decernimus ut quisquis alter testes habere non potuerit · uolumus ut ꝑ comitis iussione quos in suo testimonio necessarios quisq; habuerit ueritatem prolaturi publico conuentu adducantur · ut ꝑ ipsos rei ueritas cum iuramento ualeat inquiri · quod si de duobus partibus fuerit inquisitio facta · idcirco quod nullus eorum possit habere testes ante quā

Dec iurent · fiat inquisitio facta · quod si omnes ad unā partem dixerint testimonium · iurent uer. um dixisse sē testimonium · quod si dissenserint et quaedā testium pars uni p̄buerit testimoniū · & alia alteri · Tunc interroget̃ur si audent ꝑ pugnam illorum testimoniū ad p̄bare · Quod si nulla pars alteri cesserit · iurent & pugna probetur illorum testimonium · Quod si una pars subtraxerit sē · tunc illa quae ausa fuerit contendere recipiatur

DE NON IURANDO PER UITĀ REGIS.

xliiii. Ut nullus prę sumat ꝑ uitam regis & filiorum eius iurare DE EO QUI PER CARTĀ INGENUUS Ē SI AD SERUICIŪ INT̄PELLATUS

xlv. Si quis ꝑ cartam ingenuus dimissus fuerit FUERIT. rit · & a quolibet homo ad seruitium interpellatus fuerit · primum legitimum auctorem suae libertatis p̄ferat · & in sua libertate ꝑseueret · si uero legi

timus auctor defuerit · testimonio bonorum hominũ
qui tunc aderant quando liber dimissus fuerat sẽ de
fendere pmittatur · si uero testes defuerint · cum dua
bus aliis cartis quae eiusdem cancellarii manu fir
matę sint uel scripte · cuiuscumq; fuerint · suã cartã
quę tercia ÷ uerã & legitimã ẽẽ confirmet · Cancel
larius tamen talis esse debet · qui pangensibus loci
illius notus fuisset & acceptus · Si aũt qui interpel
latus ad seruitium · nec auctorẽ nec testimonia ha
buerit · neq; alias duas cartas ad suã cartã confir
mandam inuenire potuerit · Tunc is qui eum inter
pellauit secundum legem ipsam cartã falsam efficiat
& seruum conquirat · si uero interpellator auctore
aut testimoniis aut cartarũ cõlatione uictus fuerit ·
ex hoc quod uult efficere · & non potuerit · multam
quae in ipsa ingenuitatis carta continetur · co
gatur exsoluere · DE SERUO QUI DAMNŨ
QUOD LIBET PERPETRAT ·

LVI · Nemini liceat seruum suum propter damnum ab
illo cuilibet inlatum dimittere · sed iuxta quali
tatem damni dominus pro illo respondeat · uel eũ
in conpositionẽ · aut ad pęnam petitoris offerat ·
Si aũt seruus ppetrato scelere fugerit · Ita ut a do
mino penitus non inueniri possit · sacramento sẽ dom

beate nicolae   Ex ei tumbe marmore sacrū resudat oleum

nus eius excusare studeat · quod hoc suae uoluntatis nec conscientiae fuisse&· quod seruus eius tale facinus cōmisit ·

DE MANNITIONE SECUNDUM LEGEM AD MALLŪ.

XLVII Siquis ad mallum legibus mannitus fuerit & non uenerit · si eum sunnis non detenuerit · XV · sol cul iudic&ur · Sic ad secundum · & tercium · si aūt ad quartum uenire contempserit · possessio eius in bannum mittatur donec ueniat · & dē rē qua interpellatus fuerit iusticiā faciat · si infra annū non uenerit · de rebus eius quae in banno misse sunt · rex interrog&ur · & quicquid inde iudicauerit fiat · Prima mannitio super noctes VII · secunda sup̄ XIIII · noctes · tercia sup̄ noctes XXI · quarta sup̄ XLII · Similiter & de beneficio hominis · si forte rēs proprias non habuerit · mittatur in bannum usq; rex interrog&ur ·

DE AUCTORE REI.

XLVIII · Si auctor uenerit · & rē m̄ interciā recipere renuerit · campo uel cruce contendant ·

DE HOMINIBUS DE IUDICATIS AD MORTEM ET P̄ EA EIS UITA C̄CESSA SI IUSTITIĀ QUESIERINT.

XLVIIII · De illis hominibus qui propt̄ eorū culpas ad

mortem deiudicati fuerint · & p̄ea eis uita fue
rit concessa si ipsi iusticiam ab aliis requisierint.
aut ab eis iusticiam quęrere uoluerint qualiter
inter illos iudicium terminetur · Primo omni
um de illis causis, p quibus iudicatus fuerit ad
mortem · nullam potest facere repetitionem ·
quia omnes rés suę secundum iudicium francorū.
in publico fuerunt reuocate · & si aliquid in post
modum p̄quam ei uita concessa est cum iusticia
adquirere potuerit · in sua libertate teneat
et defendat · secundum legem · In testimonium
non suscipiatur · nec inter scabinios ad legem iu
dicandam teneatur · & si ad sacramentum aliquid
iudicatum fuerit quod iurare debeat · si aliquis
ipsum sacramentum falsum dicere uoluerit contendat ·

DE HOMINE CUI POST IUDICIUM UI
TA CONCESSA EST · SI IUSTITIAM
REDDERE NOLUERIT ·

L Si alicui post iudicium scabiniorum fuerit uita c̄
cessa et ipse in post modum aliqua mala ppetraue
rit · & iustitiam reddere noluerit · Dicendo qd
mortuus sit · & ideo iustitiam reddere non debe
at · Statutum ē · ut superius iudicium sustineat ·
quod antea sustinere debuit · & si aliquis aduer

sus eum aliqua mala fecerit · secundum aequitatis or
dinem licentiam habeat · suam iusticiã requirendi ·
De causis pp&ratis p̄ quã ad mortē deiudicatus ē ·
de pteritis maneat sicut supra diiudicatũ fuerit ·
DE LATRONE FORBANNITO A LI
BERO HOMINE SUSCEPTO.
LI De latrone forbannito · liber homo qui eum suscepe
rit · xv · sol̄d conponat · & seruus cxx · pcussionibus
uapul& · DE COMITE LATRONẼ INFOR
LII Ut comes qui latronẽ in forbannũ BANNŨ MITTEN.
miserit uicinis suis · & aliis comitibus notum faciat
eundem latronem a sé ēē forbannitum · ut illi eum
non recipiant · DE LIBERIS HOMINIB,
QUI AD MALLUM UENIRE COGENDI SINT.
LIII. Ut nullus alius de liberis hominibus ad placitum
uel ad mallum uenire cogatur · exceptis scabi
neis uel uassis comitum · nisi qui causam suam adq̄
rere debent · aut respondere · DE TESTIBUS
AD TESTIMONIŨ DICENDŨ QUALITER
LIIII. Ut testes ad testimonium dicendũ ADHIBEANT.
premio non conducantur · & ut nullus testimoniũ
dicat · aut sacramentum iur& · nisi ieiunus · et ut
testes priusquam iurent separatim discutiantur ·
quid dicere uelint de illa ré unde testimonium

reddere debent · DE IUSTICIA CUIUS LI
BET A NULLO QUOLIBET DILATANDA.

LV. Ut nullus quilibet missus nr̄ neq· comes neq· iudex·
aut scabineus cuiuslibet iusticiā dilatare presu
mat · si statim adimpleta potuerit ēē · secundum rec
titudinem · neq· premia pro hoc a quolibet homi
ne p aliquod ingenium malum presumat accipe
re · DE NON COGENDO AD PONTE CAUSA

LVI Ut nullus cogatur ad pontem ire ad TELONEI·
fluuium transeundum propter telonei causas
quando ille in alio loco conpendius illud flum̄
transire potest · similiter in plano campo ubi pons
nec tra iectus ē · ibi omnimodis precipimus ut n̄
teloneū exigatur · DE HOC SI PRBR SCM
CRISMA DEDERIT AD IUDICIŪ SUBVER

LVII Ut prbr qui scm̄ chrisma donauerit ad TENDŪ·
iudicium subuertendum · postquam de gradu suo
depositus fuerit manum amittat · DE IUDICI
BUS ADUOCATIS P̄POSITIS ET RELI
QUIS MINISTRIS QUALES SINT.

LVIII. Ut iudices aduocati p̄positi centenarii uicarii sca
binei quales meliores inuenire possunt constitu
antur · ad sua ministeria exercenda.

DE MALLO PUPLICO.

LVIIII. Ut in locis ubi mallos publicos habere solent tectū
tale constituatur· quod in hiberno & in aestate ob
seruatum esse possit· DE SACRAMENTIS
AD PALATIUM ADHARAMITIS.
LX Ut sacramenta quae ad palatium fuerint adhrami
ta in palatio pficiantur· et si con sacramentales
homines cum ipso uenire rennuerint· iussione
dominica aut indiculo· aut sigit ad palatium ue
nire cogatur· DE INPEDIMENTO CLA
LXI De clamatoribus qui magnum inpe MATORŪ.
dimentum faciunt in palatio ad aures domni im
peratoris ut missi seu com̄ illorum missos trans mit
tant incontra illos qui mentiendo uadunt ut eos
conuincant· DE FUGITIUIS CONTRA
PRECEPTŪ DOMINICŪ OCCULTATIS.
LXII. De fugitiuis qui p diuersas prouincias ducti. &
occultati sunt contra pceptum domni imperato
ris· ut qui eos p̄ preteritum tempus suscepit· aut
r&inuit· bannum dominicum conponat· DE NI
MIUM BLASPHEMIS LATRONIB.
LXIII De latronibus qui magnam habent blasphemiam
quicumq; aliquem ex his conphenderit nullum
damnū exinde patiatur· DE PACE INFRA
LXIIII De pace & iusticia infra patriā sicut PATRIĀ

sepe palia capitula iussi: impletum fiat. DE IU
NIORIBUS IN POPULO UULGARI DIS
LXV. De uulgari populo ut unusquisque TRINGENDIS
suos iuniores distringat. ut melius ac melius obe
diant et consentiant mandatis et preceptis regalibus.
DE HOC SI SUPER DOMINICUM MIS
SUM CUM COLLECTA ET ARMIS QUIS
LXVI Siquis super missum dominicum cum col UENERIT.
lecta et armis uenerit et missaticum illi iniunctum
contra dixerit. aut contra dicere uoluerit. et hoc ei
adprobatum fuerit quod sciens contra missum do
minicum ad resistendum uenisse. de uita conpo
nat. et si negauerit cum XII suis iuratoribus se ido
niare faciat. et pro eo quod cum collecta contra mis
sum dominicum armatus uenit ad resistendum.
bannum dominicum conponat. simili modo dom
nus imperator de suis uasis iudicauit. et si seruus
hoc fecerit disciplina corporali subiaceat.
DE EO QUI DOMUM ALIENAM CUICUMQUE
LIBET INFRINGIT.
LXVII. Siquis domum alienam cuius libet infrigerit.
quicquid exinde per uirtutem abstulerit aut ra
puerit uel furauerit. secundum legem et eam illi
cuius domus fuerit infracta. et spoliata. in triplum

conponat . & insup bannum dominicum soluat . si ser
uus hoc fecerit sententiam superiorem accipiat . & in
sup secundum suam legem conpositionē faciat . Si quis
liber homo aliquod tale damnum cuilibet fecerit .
pro quo plenam conpositionem facere non ualeat . se
met ipsum in uuadio pro seruo dare studeat . usq; dum
plenam conpositionem adimpleat . DE MENSIB;
UEL ANNONIS IN HOSTE RAPTIS UEL FU
LXVIII Si quis messes aut annonas in hoste sup bannū RATIS .
dominicum rapuerit . uel pauerit . aut furauerit . aut
cum caballis uastauerit . estimato damno secundum le
gem in triplum conponat . & si liber homo hoc fecerit .
bannum dominicum pro hác ré conponere cogatur ser
uus uero secundum legem tripla conpositione . damnū
in loco restituat . & pro damno discipline corporali sub
iaceat . DE LIBERO HOMINE IN HOSTĒ
LXVIIII Quicumq; liber homo in hostem bannitꝰ BANNITO .
fuerit . & uenire contempserit . plenum heribannū
id est sol LX persoluat . aut si non habuerit unde illam
summam psoluat . semet ipsum pro uuadio in seruitiū
principis tradat . donec ptempora ipse bannus ab eo
fiat psolutus . & tunc iterum ad statum libertatis suae
reuertatur . et si ille homo qui propter heribannum
sé in seruitium tradidit in illo seruitio defunctus fue

rit · heredes eius hereditatē quae ad eos ptin& non p̄
dant nec libertatē · nec de ipso banno obnoxii fiant ·

DE HAIRIBANNO EXACTANDO ·

LXX · Ut non p̄ aliquā occasionē · nec pro uuacta · nec de sca
ra · nec de uuarda · nec pro heribergare · nec pro alio
banno heribannum comes exactare p̄sumat · nisi
missus nr̄ prius heribannum ad partem nrām recipi
at · & ei suam terciam partem exinde p̄iussionem
nrām don& · Ipse uero heribannus non exact&ur
neq; in terris neq; in mancipiis · sed & in auro et argento
palliis atq; armis & animalibus atque pecudibus · siue
talibus speciebus quae ad utilitatem pertinent ·

DE HIS QUI REGALES HABENT
HONORES ET IN HOSTEM BANNITI
AD CONDICTŪ PLACITŪ N̄ UENIUNT.

LXXI Quicumq; homo nr̄os habens honores in hostem banni
tus fuerit · & ad condictum placitum non uenerit ·
quot diebus p̄ placitum condictum uenisse conpro
batus fuerit · tot diebus abstineat a carne & uino ·

DE HIS QUI SINE LICENTIA DE HOSTE REUERTUNTᵃ.

LXXII Quicumq; absq; licentia uel
permissionē principis de hoste reuersus fuerit quod
factum franci herisliz dicunt · Volumus ut antiqua c̄
stitutio id ÷ capitulis constitutio atq; sententia erga illū

puniendum custodiatur. DE HIS QUI BENEFICIA PRINCIPUM HABENT.

LXXIII Quicumq; ex eis qui beneficium principis habent parem suum contra hostes communes in exercitu p(er)gentem dimiserit. & cum eo ire uel stare noluerit. honore suu(m) & beneficium perdat. DE NON COGENDO BIBERE IN HOSTE.

LXXIIII Ut in hoste nemo parem suum uel quem lib& alterum hominem bibere rog&. et quicumq; in exercitu ebrius inuentus fuerit. ita excommunic&ur. ut in bibendo sola aqua utatur. quousq; se male fecisse cognoscat. DE UASSIS ADHUC IN PALATIO SERUIENTIBUS ET TAMEN BENEFICIA HABENT.

LXXV. De uassis dominicis qui adhuc intra casam seruiunt & tam(en) beneficia habere noscuntur. statutum e(st) ut quicumq; ex eis cum domno imp(erato)re domi remanserit. uassallos suos casatos secum n(on) retineat. sed cum comite cuius pagenses sunt ire permittat. DE PREPARATIONE AD HOSTEM SECUNDU(M) ANTIQUAM CONSUETUTINEM.

LXXVI. Constitutum est ut secundum antiqua(m) consuetudine(m) praeparatio ad hostem faciendam indic&ur & obseru&ur. id e(st) uictualia de marca ad tres menses. & ar

60

ma atque uestimenta addimidium annum. quod tamen ita obseruari placuit. ut his quide rheno adligerem pgunt. De ligere inantea adtres menses conputetur. & qui diligere adrenum pergunt. De rheno inantea adtres menses uictualia habere debeant. qui aut trans rhenum sunt. & ad saxoniam pgunt. ad albiam marcā esse sciant. & qui trans ligerem manent. atq. in hispaniam pficisci debent montes pirineos. marcam sibi esse cognoscant. DE HOC UT NON NISI PERMISSIONE REGALI BRUNIA UEL GLADIUS HOMINI EXTRANEO A QUOLIBET DETUR. AUT UENUNDET.

LXXVII. Constitutum est. ut neq. eps neq. abba aut abbatisse. uel quislib& rector ecclesiae brunā uel gladiū sine nro pmisso cuilib& homini extraneo aut dare. aut uendere psumat nisi tantum uassallis suis. & si euenerit ut in quamlib& eccle uel sco loco plures brunas habeant quae ad homines rectoris eiusdem eccle sufficiant. Tunc principem idem rector ecclesiae interrog& quid de his facere precipiat. DE CAUSARŪ ET LICIŪ TERMINIS.

LXXVIII. De termino causarum & licium. statuim. ut ex quo bone memoriae. domnus pippinus rex obiit. & nos regnare cepimus cause uel lites inter

partes facte atq· exorte discutiantur · & congruo si
bi iudicio terminentur · Prius ergo id ÷ ante obitũ
p̃dicti domni pippini regis causae commissę · uel
omnino non moueantur · uel salue usq· ad nrãm in
terrogationem seruentur · DE EPĨS COMITI
BUS ET POTENTIORIBUS SI CAUSÃ
INTER SE HABUERINT·

LXXVIIII Ut epi abbates comites & potentiores quiq· si causam
inter se habuerint · ac sé pacificare noluerint ad
nrãm iubeantur uenire p̃sentiam · neq· illorum con
tentio alsubi deiudic&ur · ne propter hoc paupe
rum & minus potentium iustitiae remaneant · neq·
ullus comes palatii nr̃i potentiores causas sine nr̃a
iussione finire p̃sumat · sed tantũ ad pauperum · &
minus potentium iustitias faciendas sibi sciat esse
uacandum · DE TESTIBUS AD REM
QUALIBET DISCUCIENDAM ELIGENDIS·

LXXX· Ut quando cumq· testés ad rem quamlib& discuci
endam · querendi atq· eligendi sunt a misso nr̃o
et comite in cuius ministerio de ré qualicumque
agendum est · tales eligantur · quales optimi in pa
go ipso inueniri possint · & non liceat litigatorib;
p premia falso testes adducere sicut actenus fie
ri solebat · DE PLACITO CENTENARII·

LXXXI Ut nullus homo in placito centenarii neque ad mortem neque ad libertatem suam amittendam. amittendam. aut ad res reddendas. uel mancipia. iudicetur. sed ista. aut in presentia comitis uel missorum nostrorum iudicentur. DE INQUISICIONE ET DESCRIPCIONE UNIUS CUIUSQ. MISSI IN SUO MISSATICO.

LXXXII. Ut missi nostri diligenter inquirant. & describere faciant unusquisq. in suo missatico quid unusquisq. de beneficio habeat. uel quot homines casatos in ipso beneficio. DE BENEFICIIS QUALITER CONTRA DICTA SINT.

LXXXIII Quomodo eadem beneficia contricta sint. aut quis de beneficio alodem conparauit uel struxit. DE BENEFICIIS EPISCOPORUM ABBATUM ET RELIQUORUM. ET DE FISCIS REGALIBUS DESCRIBENDIS.

LXXXIIII Ut non solum beneficia episcoporum uel abbatum abbatissarum atque comitum siue uassorum nostrorum. sed etiam nostri fisci. describantur. ut scire possimus quantum etiam de nostro in uniuscuiusque legatione habeamus. DE LEGATIONIBUS PROPTER IUSTICIAS QUO TEMPORE

EXERCEANTUR.

LXXXV Uolumus ut p̄p̄t iusticias que usque modo ad partem comitum remanserunt quattuor tantum mensibus in anno missi n̄ri legationes suas exerceant. Id est in hieme ian̄. in uerno apr̄l. in estate iul̄. In autumno oct̄b. cęteris uero mensibus unusquisque comitum placitū suum habeat & iustitias faciat. Missi aūt n̄ri quater in uno mense. & in quattuor locis habeant placita sua cum illis comitibus quibus congruum fuerit ut ad eum locum possint conuenire. DE IUSSIONE DOMINICA IN QUOLIBET MISSATICO NON ADIMPLETA.

LXXXVI Ut quicquid ille missus in illo missatico qualiter factum inuenerit quā n̄ra sit iussio non solum illud emendare iubeat. sed &iam ad nos ipsam rem qualiter ab eo inuenta ÷ deferat. DE CENSU REGALI INQUIRENDO.

LXXXVII. Ut missi n̄ri census n̄ros p̄quirant diligenter undecumque antiquitus ad partem regis exire solebant. similiter & freda & nobis renuntient ut nos ordinem quid de his in futurum fieri debeat. DE REBUS QUIBUS CENSUS AD PARTEM REGIS EXIRE SOLEBAT.

LXXXVIII Ut de reb; unde census ad partē regis exire solebat.

si ad aliquam ecclesiã traditę sunt aut reddant̃ ppri
is heredib; aut qui eas retinuerit uel illũ censũ psoluat·
DE PLACITIS AMISSIS DOMINICIS
COMITIB; NOTAM FACIENDIS.
LXXXVIIII. Ut unusquisque missorum nr̃orum in placito suo notũ
faciat comitib; qui ad eius missaticũ ptinent· ut in il
lis mensibus quib; ille legationẽ suã non facit· conue
niant inter se & communia placita fatiant· tam ad
latrones distringendos· quã ad ceteras iustitias fati
endas· DE FIDELITATE REGIS PROMIT
XC Ut missi nr̃i populũ nr̃m iterũ nob fidelita TENDA.
tem pmittere fatiant· secundũ consuetudinẽ iam
dudum ordinatam & ipsi aperiant et interpretent̃
illis hominib; qualiter ipsum sacramtũ & fidelitatẽ
erga nos seruare debeant· DE HOMICIDIIS
INFRA PATRIAM FACTIS.
XCI Ut homicidia infra patriã sicut lege dñi inter
dictũ est nec causa ultionis nec auaritię nec latro
cinandi fiant· & ubicũque inuenta fuerit a iudicib;
nr̃is secundũ legẽ ex nr̃o mandato uindicent̃ & ñ occi
dat̃ homo nisi lege iubente· DE MENSURIS
ET PONDERIBUS.
XCII. Ut equales mensuras et rectas & pondera iusta & equa
lia omnes habeant· siue in ciuitatibus siue in monastē

rio sunt. addandū inuicem siue accipiendum sicut in lege dñi precepta habemus·

IV. Ludw

INCIPIT QUARTI PRAEFACIUNCULA LIBELLI.

QUIA SUPRA INDUOBUS ECCLESIastica quae praefati principes domnus imperator karolus & piissimus hludouuicus augustus necnon & chlotarius cesar filius ipsius ediderunt capitula descripsi libellis. Intertio uero admundanam ptinentia legem. quae domnus karolus impr̄ fecit congessi. Nunc iam inquarto illa admundanę augmentum legis ptinentia quae praeclarissimus domnus hludouuicus augustus & chlotarius caesar fecerunt capitula adunaui libello·

INCIPIUNT CAPITULA.

I De seruis pcontumatiā alicui uim Inferentibus
II De rebus uel mancipiis afisco regali occupatis
III De seruis uel ecclesiasticis infiscū regalē ↄfugentibus
IIII De uassis dominicis admarcā custodiendā ↄstitutis
V De comitib; adcustodiam maritimam deputatis
VI De his qui ppt̄ incestū res proprias amiserunt·

INCIPIUNT SUPRA SCRIPTA CAPITULA ET TEXTUS EORUM.

DE SERUIS PER CONTUMACIAM ALICUI UIM INFERENTIBUS.

I Serui per contumatiam collecta multitudine alicui uim intulerint. id est aut homicidium aut incendium. aut qualium cumque rerum direptiones fecerint dominorum ne glegentia hoc euenit, pro eo quod eos constringere noluerunt. ut talia facere non auderent. bannum nostrum id est LX sol soluere cogantur. DE REBUS UEL MANCIPIIS A FISCO REGALI OCCUPATIS.

II De rebus siue mancipiis quae dicuntur a fisco nostro esse occupata. uolumus ut missi nostri inquisitionem faciant sine sacramento per ueratiores homines pagi illius circa manentes et quicquid de hac causa uerius ac certius inuestigare potuerint ad nostram faciant peruenire noticiam. ut nos tunc definiamus quicquid nobis iustum esse uideatur.

DE SERUIS UEL ECCLESIASTICIS IN FISCUM REGALEM CONFUGIENTIBUS.

III Si serui . t ecclesiastici uel quorum lib& liberorum homi
num in fiscum nrm confugerint . & dominis uel aduo
catis eorum rep& iti fuerint . si actor fisci nri intellexe
rit quod eos iuste non possit tenere ad nrm dominiu.
eic& illos de eodem fisco & recipiant eos domini eorum.
& si eidem actori uisum fuerit quod ad nrm debeant
pertinere dominium expellat eos de eodem fisco . et
postquam ab eisdem repetitoribus fuerint recepti .
habeat cum eis legitimam actione . et sic eos si potue
rit ad nram euindic& possessionem . DE UAS
SIS DOMINICIS AD MARCAM CUS
TODIENDAM CONSTITUTIS .

IIII De uassis nris qui ad marcam nram constituti sunt
custodiendam . aut in longinquis regionibus sua
habent beneficia uel res proprias uel &iam nob
assiduae in palatio nro seruiunt . & ideo n possunt
assiduae custodire placita . Quam rem uolum
ut missi nri uel comites nobis notam faciant . et nos
faciemus ut ad eorum placita ueniant .
DE COMITIBUS AD CUSTODIAM
MARITIMAM DEPUTATIS .

V Volumus ut comites qui ad custodiam maritimam
deputati sunt : quicumq ex eis in suo ministerio
resid& . de iusticia facienda se non excus& ppt

illam custodiam. sed sibi secum suos scabinios habue
rit ibi placitum teneat & iustitiam faciat DE HIS
QUI PROPTER INCESTUM RES PROPRI
AS AMISERUNT.

VI De his qui se dicunt ppt incestum res proprias ami
sisse. constitutum est. ut si ante pximu quinquen
nium quando placitum nrm habuimus in conpen
dio easdem res amiserunt. non eis restituantur.

DE CONIURATIONIBUS SERUORUM
IN FLANDRIS. ET IN MEMPISCO. ET
IN CETERIS MARITIMIS LOCIS.

VII De coniurationibus seruorum quae fiunt in flan
dris & in mempisco. & in ceteris maritimis locis.
uolumus ut p missos nros indicetur dominis seruo
rum illorum ut constringant eos ne ultra tales
coniurationes facere praesumant. & ut sciant ip
si eorundem seruorum domini quod cuius cumq;
serui huiuscemodi coniurationem facere psumpse
rint. postquam eis haec nra iussio fuerit indicata.
bannum nrm id est LX sol ipse dominus psoluere de
beat. DE HIS QUI IN LITORE MARIS SA
LEM FACIUNT.

VIII De terra in litore maris ubi
salem faciunt. uolumus ut aliqui ex eis ueniant ad
placitum nrm & eorum ratio audiatur. ut tunc

secundum aequitatē inter eos definire ualeamus.

DE UXORIBUS DEFUNCTORUM QUAM PARTEM CONLABORATIONIS POST OBITUM MARITORUM ACCIPERE DEBEANT.

VIIII Volumus ut uxores defunctorum post
obitum maritorum tertiā partē conlaborationis
quā simul in beneficio conlaborauerunt accipiant.
& de his rebus quas is qui illud beneficium habuit
aliunde adduxit uel conparauit uel ei ab amicis suis
conlatum est. Has uolumus tam ad orphanos de
functorum. quam ad uxores eorum peruenire.

DE AGGERIBUS IUXTA LIGERIM FACIENDIS

X De aggeribus iuxta ligerim facien
dis. ut bonus missus eidem operi praeponatur. et
hoc pippino per nostrum missum mandetur. ut & ille
ad hoc missum ordinet quatenus praedictum opus
perficiatur.

DE DUODECIM PONTIBUS SUPER SEQUANAM RESTAURANDIS.

XI De duodecim pontibus super sequanam uolumus ut
hi pagenses qui eos facere debent a missis nostris ad
moneantur. ut eos celeriter restaurent. & ut eorum
uanae contentioni non consentiant. quando di
cunt sē non ali ubi eosdem pontes facere debere.
nisi ubi antiquitus fuerant. sed ibi ubi nunc ne

cesse est eosdem pontes facere iubeantur·

DE OMNIBUS PONTIB, FACIENDIS.

XII De omnibus pontibus p regnum nrm faciendis in commune missi nri admoneant ut ab ipsis restaurarent qui eos fecerunt & solebant facere·

DE HONORE ECCLESIARUM.

XIII Si quis aut ex leui causa· aut sine causa hominem in ecclesia interficerit· de uita conponat· si uero foris rixati fuerint & unus alterum in ecclesia fugerit· & ibi se defendendo eum interficerit· & si huius facti testes non habuerit cum duodecim coniuratorib, legitimis p sacramentu adfirm& se defendendo eum interfecisse· & post haec· DC· sol ad parte ecclę quā illo homicidio polluerat· & insup bannum nrm soluere cogatur·· Ipse uero qui interfectus est absq, conpositione iaceat· ac deinde interfector secundum iudiciu canonicum congruā facinori quod amisit paenitentiā accipiat· Si proprius seruus hoc comiserit· iudicio aquae feruentis examinetur· utrum hoc sponte an se defendendo fecisset· & si manus eius exusta fuerit· interficiatur· si autē non fuerit· dominus eius iuxta qd uuirgildum illius est ad ecclesiam p soluat· aut eū si uoluerit eidem ecclę tradat· De ecclesiastico & fiscalino &

beneficario seruo. uolumus ut pro una uice uuirgild
eius pro eo conponatur. Altera uice ipse seruus ad sup
plicium tradatur. Hereditas tamen liberi hominis
qui propter tale facinus ad mortem fuerit iudica
tus ad legitimos heres illius perueniat. Si in atrio ec
clesiae cuius porta reliquiis sanctorum consecrata est
huiuscemodi homicidium perpetratum fuerit simili
modo emendetur uel conponatur. si uero porta
ecclesiae non est consecrata. eodem modo conpona
tur quod in atrio committitur sicut conponi debet
quod in immunitate uiolata. committitur.

DE INIURIIS SACERDOTUM UEL QUORUMLIBET EX CLERO IN ECCLESIA FACTIS.

XIIII Sanguinis effusio in ecclesia facta cum fuste. si presbiter fu
erit triplo conponatur. duas partes eidem presbitero.
tercia pro fredo ad ecclesiam. et insuper bannus noster.
similiter de diacono iuxta conpositionem eius in triplo
cum banno nostro conponatur. De subdiacono similiter
in triplo secundum suam compositionem. et de unius
cuiusque ordinis clerico ... secundum suam con
positionem triplum persoluatur. et insuper bannus
noster. Similiter et de ictu sine sanguinis effusione de
unius cuiusque ordinis clerico secundum suam

conpositionem triplo · & bannus nr̄ · & qui non habet unde ad eccl̄am p̄soluat · tradat se in seruitium eidem ecclę · usq; dum totum debitum persoluat ·

DE UIDUIS PUPILLIS ET PAUPERIB;

XV Precipimus ut quando cumq; in mallum ante comitē uiduae pupilli & pauperes uenerint · primo eorū causa audiatur & definiatur · & si testes p̄se ad causas suas quaerendas habere non potuerint · t legem nescierint · comes illos uel illas adiuuet dando eis talem hominē qui ratione eorū teneat uel p eis loquatur ·

DE RAPTU UIDUARUM.

XVI Qui uiduā intra primos · xxx · dies uiduitatis uel inuitam uel uolentem sibi copulauerit bannum nr̄m · id ÷ LX · sol̄ in tr ꝓ plo conponat & si inuitam eā dux legem suam ei conponat illam uero ulterius non adtingat ·

DE HOMINE PUPLICĀ PENITENTIĀ AGENTE INT̄FECTO.

XVII Qui hominē publicā penitentiā agentem interfecerit bannum nr̄m in triplo conponat & uuirgild eius p̄ximis eius persoluat ·

DE HOMINE LIBERO UT POTESTATĒ HABEAT UBI CUMQ; UOLUERIT RES SUAS DARE ET QUALITER · HOC FACERE DEBEAT.

XVIII Si quis rēs suas pro salute animae suae uel ad aliquē

venerabilē locum uel ꝓpinquo suo cuilibet alteri
tradere uoluerit et eo tempore intra ipsum
comitatum fuerit · in quo res illae positae sunt
legitimam tradicionē facere studeat · Quod si
eodem tempore quo illas tradere uult extra eun
dem comitatū fuerit idē siue in exercitu · siue in
palatio · siue in alio quolibet loco adhibeat sibi
uel de suis pagensibus uel de aliis qui eadem le
ge uiuant qua ipse uiuit testes idoneos uel si il
los habere non potuerit tunc de aliis quales ibi
meliores inuenire possit et coram eis rerum suarū
tradicionem fatiat et postquā hec traditio ita fac
ta fuerit heres illius nullā de p̄dictis rebus uale
at facere repeticionem · Insuper et ipse p̄se fide
iussionem faciat eiusdem uestiture ne heredi ulla
occasio remaneat hanc traditionem inmutandi
sed potius necessitas incumbat illam ꝑficiendi
et si nondum res suas cum coheredibus suis diuisas
habuit non ei hoc sit inpedimento sed coheres ei
si sponte noluerit aut ꝑ comitem aut ꝑ missum eī
distringatur ut diuisionem cum illo fatiat · ad quē
defunctus hereditatē suā uoluit ꝑuenire et si
cuilibet eccłae eam tradere rogauit · coheres eius
eam legem cum illa eccła de p̄dicta hereditate

habeat quam cum alio coherede suo habere debeat.
& hoc obseruetur erga patrem & filium & nepotem usque ad annos legitimas postea ipse res ad inmunitatē ipsius ecclę redeant.

DE HOMICIDIIS PROHIBENDIS

XVIIII Quicumque hominem aut ex leui causa aut sine causa uuirgildum his ad quos ille ptinet conponat. Ipse uero ppt talem psumptionē in exilium mittat ad quantum tempus nob placuerit res tamen suas non amittat.

DE HOC QUID IN CONPOSITIONEM UUIRGILDI DARI DEBEAT

XX In conpositionem uuirgildi uolumus ut dentur quae in lege continentur excepto accipitre & spata quia ppt illa duo aliquoties piurium committitur quando maioris ptii quā illa sint eē iurantur.

DE RAPTU ALIENARUM SPONSARUM.

XXI Si quis sponsam alienam rapuerit aut patri eius aut ei qui legibus eius defensor eē debet cum sua lege eam reddat. & quicquid cum ea tulerit se motam unam quamque rem secundum legē reddat. & si hoc defensor ei pp&rari consenserit & ideo raptori nihil quaerere uoluerit.

comes singulariter de una quaq; re freda nr̄a
abeo exactare faciat · Sponso uero legem suam
conponat · & insup bannum nr̄m id ÷ LX sol sol
uat · uel in presentiam nr̄am com̄ eum adueniri
faciat · & quanto tempore nobis placuerit in exi
lio maneat · & illam feminam ei habere n̄ liceat ·

DE FALSIS TESTIB, C̄ UINCENDIS.

XXII. Si quis cum altero de qualib& contentione habue
rit · & testes contra eum p iudicium p ducti fue
rint · si ille falsos eos ēē suspicatur · liceat ei ali
os testes quos meliores potuerit contra eos op
ponere · ut ueratium testimonio · falsorum tes
tium puersitas super&ur · Quod si ambe par
tes testium ita inter se dissenserint · ut nulla
tenus una pars alteri cedere uelit · eligantur
duo ex ipsis · id ÷ ex utraq; parte un͂ qui cum scu
tis & fustibus in campo decertent · utra pars
falsitatem · utra ueritatem suo testimonio se
quatur · & campioni qui uictus fuerit · ppter
iurium quod ante pugnam commisit · dextra
manus amput&ur · C&eri uero eiusdem partis
testes qui falsi apparuerunt manus suas redi
mant · cuius conpositionis duae partes ei con
tra quem testati sunt dentur · tercia p fredo

